



McGill
University Library
Special Collections

L.APVLEII OPERA.

IOANNIS ANDREAE EPISCOPI ALARIENSIS EPISTOLA.

BEssarion. S. R. E. Episcopus Cardinalis Sabinensis. & Cōstantinopolita-
nus patriarcha. Niceni uenerāda nūcupatione terrarum ubiq; celeberrim⁹ q̄q̄
sūmis reipublicę christianæ negociis impeditus merita tū indignatiōe com
motus: ac ueritatis studio incredibiliter inflāmatus: quod tua sanctitas ma
xime oīum nouit pater beatissime. Paule secunde Venetę: defensionis platonicæ ī-
mo diuinæ phiæ: qū nil aliud est plato: q̄ uere phiæ exēplar. libros nuper scribere ad-
gressus. tanta id magestate ac fœlicitate egit. ut cōuitiatorē calūniosū credi plato ipse
diuinitatis secretarius possit: uel suggessisse: uel optasse: uel emisse: qui enī inter mor-
tales quōdā nō sola hoīum beniuolentia ut multi: sed ingenii uiuētis amplitudine: &
superne mentis diuinitate pro diuo sp fuerat habitus quiq; hodie: tanq̄ ingeniis ipsis
quoq; & scriptis: calamitas: ac ueluti frequens a morte interitus certis tēpestatibꝰ oria
tur a latinorum paucissimis in exiguis qbusdā opusculis legebatur a plurimis omnino
ignorabatur uix unica platōis umbra ueri⁹ q̄ noīe fuisse aliqū inter phōs creditus. is
inq̄ ita Bessariōis tui pater beatissime defensione perlecta sapientiæ ipsius antistes: &
uirtutis minime fucate magister oceano qdē uberior facillime ī oī scientiarum genere ex
celluisse pspicietur. Platoq; ipse id quasi uolēs dū a maximo Bessarione laudetur. re-
prehēdi se a cæteris facile patietur. Quis enī tali ac tanto testimonio aliorū siqua sint:
aurita iudicia nō se putabit debere cōtēnere. ut qd de hoc diuino platone nostro dixis-
se antimachū clarum poetā ferūt q cū conuocatis auditoribus legeret eis magnū quod-
dā uolumē suū. & eū legentē oēs præter platonem reliquissent. legā inquit nihilomi-
nus. Plato enim mihi unus instar est oium. Id uerissime ac sanctissime de Bessarione
sapientissimo dici queat. Cuius cum ea sit: ut ipse semper prædicas pater sanctissi-
me in rerum omnium maximarum usu peritia ea in consiliis uel grauitas uel perspi-
cientia ut nihil de sūmis unq̄ rebus fiat si Niceni unius desit autoritas. In studiis autē
maioribus & hūanis omnibus & diuinis ea facultas & copia ut plura legisse credi ne-
minē possit acrius lecta. & rectius intellexisse: uberius paucissimos cultissimis qui-
busq; temporibus clariusq; scripsisse ipse iuste pro populo. seu malis. pro terrarum orbe
Platonis defensor unus satis esse censeatur etsi in muscam aquila in culicē elephas pu
tari posse reposuisse uideatur. Tametsi pater clementissime: nemo est q sese doctrina
rū audeat pfiteri studiosū aut uirtutū harum etiā mediocriū cultorē q diuini platōis nō
miretur magestatē hoīsq; minime imitabilis nō summopere īmortalitate rapiatur:
quē cū in libris suis oibus: tū in oratore. M. Cicero maximis phis cōparat & oibus
plane his uerbis anteponit. Quanq̄ enī & phi qdā ornate loquuti sunt. Siquidem &
Theophrastus diuinitate loquēdi nomē inuenit. & aristoteles Socratē ipsū lacessiuit
& Xenophōtis uoce multas q̄si loquutas ferunt: & lōge oīm qcunq; scripserūt aut lo
quuti sūt. extitit & grauitate prīceps plato. quē ēt ī libri tertii de oratore præfatiōe ita
laudat. & extollit ut magis fieri nequeat oīno libros platonis mirabiliter scriptos legi
q̄ scripti sūt diuinitus. Plato linguæ aī & uitutis magister. Iternq; in oratore nec uero
aristotelē in phia deteruit a scribendo amplitudo platonis. In bruto uero ita qs enim
uberior in dicēdo platonē. Iouē sic ut aiunt phī. si græce loquatur: loqui quin & De-
mosthenē sciens. de sese in quadā epistola se studiose legisse platonem. Quorsū hæc
inquies beatissime pater: de platone tam multa. Equidē scripta a clarissimo bessariōe

tum cętera

ꝗum cætera tum pro platone maximæ superioribus mensibus perlegens putaui opti
mo consilio factũ iri si platonicos nõnullos: eosq; grauitate & doctrinã in primis ex-
cellentes latinorũ multis pp librorꝝ raritatẽ multis: item pp linguę uetustatẽ: imo ue
ro incredibilẽ elegãtiã ignotos ueluti ex tineis potius q̃ scriniis: erutos ea qua cõsueui
opera. ne dicã sollertia nostris hoibꝫ traderẽ plegendos. quãtulacũq; ualerẽ in tollen
dis mẽdis laborãs diligentia. L. igitur Apuleiũ platonicũ in quo uno: sũme eruditio
ni precipua linguę copia: & gratia cõiuncta est: mediocri uigilãtia. ut in exẽplariorũ
penuria licuit. redegi in unũ corpus. uariis in locis mẽbratim pquisitũ eũq; impresso
ribus nostris tradidi exarãdũ. De quo pater beatissime q̃dam fortassis lecturis nõ in-
grata. huic inserere ad te epistolæ statui. nõ tam ut faciliore opera. Apuleius intellige
retur (id enim longioris lucubrationis indiget) q̃ ut in nouã materiã. ueluti iaccessã
prius uiam recens ingressos indiciis quibusdã & quasi certioribus signis: quo magis:
& cõfiderent: & pcederent. admonerẽ: ne rei ignoratione plus iusto trepidarẽt: ut de
opusculis quoq; ipsis: quæ in corpus unũ redegi. quã ipse opinionẽ habeã: explicarẽ:
potius: q̃ sententiam ferrẽ. Eoq; item pacto posset uideri. q̃lis plato ipse fuerit. a quo
tam magnæ dictionis orta est occasio. qui quidẽ a grauissimis atq; eruditissimis phis
habitus est uerius pro oraculo ne dicã deo. q̃ pro magistro. De alcinoo quoq; cãm ad
derẽ. quare illũ Apuleii nostri opusculis annexuissẽ. Paucis ergo audiãt mecũq; intel
ligere studeãt. Apuleii platonici studiosi. Lucianus ille Syrus argutulꝰ i primis. atq;
elegans. uel sophista. uel phũs ut oẽs græci suffragãtur. Satyrus tũ quidã in phõs. lu
su uerius. q̃ calũnia. multa scribens cũ gratia nemini phõrꝝ pepercit oĩo. Hic Lucia-
nus asinũ inter cætera aureũ lusit. Seq; in eũ finxit esse cõmutatũ. cuius rei uarie tradi
tur argumentũ. qđ nõ est huius dictionis & tpis explicare hũc asinum noster Lucius
emula curus ingenii alioquin exuberãtis. & ut Afer acerrimi. phũs oĩm illius eui sub-
tilissimus sese dicit sciẽdi. atq; expiẽdi. incẽsũ cupiditate. tũ terrarꝝ alio: tũ in thessaliã
esse pfectũ. Isticq; apud magarꝝ maximã. qũ quidẽ ea tẽpestate mulieres thessale ma
gice potissimũ sciebãt diuersitatẽ. haud optabili occasiones. dum in auem affectaret
uerti. sese in asinũ esse figuratũ: qua de cõuersione diuus Augustinus noster in precla
rissimo de ciuitate dei opere. quid opinetur expressit. In corpore tũ asinino mentem
hois sui ait se retenuisse. Atq; ita sub asino latitantẽ multa cõmoditate. difficilia alio-
quin cognitu, didicisse. Verꝝ priusq̃ asino uestiatur fabellas mirificas. ad rẽ ptinentes
inducit. Asino ex inde cõtectus. in erũnosas. ac multifarias incidit calamitates. quas
festiua dictione cõmeminit. Quo in toto sermone. si quis recte intendat. mores hũa
nos effictos. liquido perspiciet explicari. & impremeditatas fallaciarꝝ argutias discet
qbꝫ ẽt cauti sepissime capiantur: cũ nõ homo hoi. sed lupus sit potius homo. ut scite
plautus inquit. dum qualis sit homo. nõ noscitur. Inspergit tũ ubiq; res eiusmodi no
ster Lucius. ex quibus oĩm eruditissimus ut predixi illius tpis mortaliũ. facile fuisse
uideatur. quod ex ea potissimũ cernere est fabula quã obiter annũ quãdã cõsolatricẽ.
puellę captiue referẽtem inducit. quã quidem rem. qui certius cupiunt nosse fulgen-
tii de ea ipsa fictione interpretamenta perquirant. Is enim uir doctus in primis cõmẽ-
tatus est illam. Tandem exanclatis multis erũnosisq; laboribus. ut ipse ait. id est cũ
sũma aĩ anxietate. & corporis molestia superatis. ac uictis. transcursisq; multiplicibꝫ
uitę huius fallacium hominum machinamentis. atq; exercitiis. lunę. auxiliatricis ope

rosis de manū egyptii sacerdotis acceptis: ac deuoratis: homini est priori suo restitutus: & religionibus magnis initiatus. hic est asinus ille aureus: tāto dicendi lepore ac sale & linguæ gratia compositus: ut qsqs illū studiosius lectitarit: in dictiōe latina fieri tersior queat atq; cumulatior. Nam q̄ res sūt diuersissime oēs secretiores linguæ thesauros: in eo lutius effūdit. ac quātū in dicendo ualuerit referat. uerbis adeo propriis & accōmodatis ut nō scribere. sed pingere planæ historiā uideatur. ppauca sane uti ego arbitror in media uita hoī possunt accidere. quæ latine proferre. aut scribere cupiēti. hinc depromi sufficienter nō ualeant: ubiq; eni est lepidus castigatus uenustus aptus uarius copiosus cōcinnus presto: ut nasci ibidem nō extra adsci[s]ci uideatur oratio dixerit fortassis aliquis. minus tritā esse: atq; usurpatā Apuleii nostri dictionem. Id ipsum est: quod ego demiror: qd laudo: quod extollo. quia nō detrita quadam: nō succida: nō rustica: nō squalenti & laciniosa: oratiōe: nō pculcata: nō uulgatissima denique res cotidianas ex media uita sumptas edisserit. quippe qui nō popinis: aut meritoriis tabernis. aut nugalibus triuiis: aut misticorū cōpitis scribit. sed elegantię ac cultioris doctrinæ urbanis hoīb; atq; studiosis. de multis cū beatissime pater. si per uitam licebit & tuam clementissimam sanctitatem. ubi a recognitionum munere pauxillum qui uero respirare. animus est mihi rudibus. in expertisq; & litterarū tyrocinia ingredi incipientibus. aliquid scribere. nunc hæc ipsa emēdandi. ut ego puto necessitas: ut quibusdā fortasse uideatur simplicitas: ne dixerim temeritas. totum me sibi uindicat absorbet & abligurit. ut uix reficiendi corpusculi mihi tempus idoneū superet. qd facili opera perspiciet quisquis uidebit. quæ nostri impressores prelegente me effinxerit effigantq; assidue. quæ quidem. uel percurrere. ne dum attentius recognosce. in tātis temporum angustiis. curisq; multiplicibus: rei etiam familiaris. & insuper exemplariorum peruersitate. arduum ad modum foret: quod deo & te pater beatissime eius uicario sanctissimo teste. ideo dico. ut ęquo animo patiantur: nonnunq̄ legentes. si quæ inuenerint ad unguem minus. ac rubricam. & punctum castigata atq; descripta & me tamen non putent his uerbis culpam deprecari. Quis enim audeat possit. ue in tot tamque confragosis mendis tam prauis descriptionibus. tam raro lectis autoribus omnes mendas. sperare se dempturum. Et ut quod certum est dicam: impressorum quoque nostrorum operarii. non nullis in locis ab exemplaribus meis aliquantum aberrant. quod aliter certe fieri est perdifficile. Si tamen deus dederit mihi tuarū castarum precum pater beatissime merito. ut aliquando. C. Plinium difficilimum illum omnium qui scripserunt. propter mendas autorem quem impresentia cum meo Theodoro Gaza eruditissimo in manibus teneo. uel mediocriter absoluam. propositum est in noticiam ferre tam Plinii ipsius non nulla q̄ Apuleii & eiusmodi reliquorū quorundam uerba desueta ex fragmentis ueterum scriptorum quæ licebit colligendo recentioribus etiam nostris adiunctis amicorumque undique imploratis auxiliis: ut hodie certe manca latinitas in uerborum desitorum prope explicatione plus aliquantulum habeat adiumenti. Sed his missis ad Lucium nostrum redeamus. Methamorphosin uti prediximus quam fabulam ipse græcanicam appellat non interpres Apuleius sed emulator scripsit. ab ea ego uti a maioris opere libello initium feci. Secundum locū obtinent flo[r]idorū quattuor libelli neq; enī tempore plures potui diligentia multa adhibita: indipisci: ea nuncupatione merito inscripti. Flosculo-

lis enim & odoramentis doctrine omnis in illis oratio inspersa est. Sunt enim ueluti breuissimi: ac casti quidam panegyrici. sed rebus grauibus prægnãtes & farti: ad africe pro consules ab Apuleio habiti: in prouincię ipsius capite: urbe carthagine. In iis historia sane breuis est: sed uarietate miranda. usque adeo legentem explens: & oblectãs: ut pauci libelli plus contineant uoluptatis. Tertio uero ab asino & floridis loco magnificas in primis: & doctissimas: magicę calũnię defensiones posui in quibus mirifice dictioni lucianę. adiũcta est rerum abstrusarum pœnitus: magna uarietas & cognitio necessaria. Est enim sequentium omnium opusculorum: id ipsum pręcipuũ

Quartus erit de deo socratis liber: a diuo nostro Augustino sepius in præclaris uoluminibus de ciuitate dei: ad rerum primarum & cælestium opportune citatus testimonia. Ibi de geniis multa dicuntur. Quis item fuerit deus ille. ut ueteres dicebãt.

Socratis philosophi consiliarius: arbiterque: ibidem facile perspicietur: & clarissime. præterea quis & quantus magister. in ipsa diuinarum rerum prima philosophia noster fuerit Plato. Quintus ordine is liber sequitur qui quasi calumniatores futuros Platonis aliquando presagiens. ueluti dedita opera ad defensionem diuini hominis putari potest eẽ perscriptus. atque præparatus. Qui quidem: ut ipse q̄d sentiã ex põsu dicã planiore dictiõe quadã. q̃ cęteri script9 ẽ ab Apuleio: queãdmodũ & reliq quoque omnes: de quibus subinde explicabo. Forsitanque nõ eẽ apuleii: ex huiusmõi oratiõis filo arguerẽtur: nisi extarẽt & uaria: & uetustissima nõ nullibi exẽplaria idicibus Lucii nr̃i platõici pręsignata. q̃ hoc tp̃e a me romæ neq̃erũt. admodũ id optãti. inueniri. Sed hęc satis sint de mea libellorum apuleii opiniõe. Ad rẽ redeo. licet pr̃ beatissime uera fateri. Fuere ẽt aliis tẽporib9 platonomastices q̄dã. pro suis meritis digne munerati meri ipsi uerberões: i ãtistitẽ naturę ausi iactare cõuitia. Ii nõ ea copia: qua nouus q̄dã Thersites. sed a magnis tamen achillib9: pugnis iuste ultionis sũt mactati. Quib9 si merita sacrificii quoque alicuius gratia rependi debet. digni profecto sũt oẽs. eo sacro: quo Iunius Brutus tyrannorum tarquiniorum ab urbe tua roma exactor pro capitib9 humanis. Maniã larũ matrẽ ꝓpiciandã esse instituit cum enim prius sacri immanis horrore. larue illi. & uere furiose. rapitib9 humanis detestabili uesania fieret res diuina. quod etiam Macrobius grauis autor meminit. libertatis romanæ dignus assertor. & patronus Iunius Brutus. Alii fetentis. & papaueris somniculosi. capitibus iussit cõgruens. Manie fieri sacrificiũ hoc quęso honore calumniatores & platonis & reliquorum eiusmodi uirorũ pater beatissime patere honorari. Quid eni festiuius possit excogitari non inuenio nam fetutinis & olenti cetis oĩb9 ĩmersari tales iure debẽt atque obrui & cũ alii oratiana quoque execratiõe in ultimas terras deportari ubi perpetuo somno & ueterno sopiti quasi nũquã fuerit ignorentur quãdo præcipiti rotati uertigine iis uiris detrahũt q humanitatẽ diuinis ornamẽtis ĩduerũt luminibusque splẽdidissimis illustrarũt quos sani capitis oẽs hoĩes uenerãtur suspiciunt admirãtur q̄ppe q pene iacẽtẽ ĩ tenebris ignorantiæ mũdũ sciẽtia sua et laborib9 perpoliuerũt ostẽderũtque quo nã adiumẽto ab ĩfimis terris ad supna sydera hoĩes euolarẽt et ueluti fortiores ĩtellectiõis diuiæ alas q̄b9 facere id possẽt addiderũt qualem oĩum grauissimo testimonio et uero tã nostrorum q̃ gẽtiliũ. platõem fuisse q nescit est rustic9 q dissimulat igrat9 q negat ꝑdit9 q calũniatur amarulẽt9 prorsus atque detestãdus cui uiro si uel alterum parẽ gẽtilium ętas omnis ante domini nostri Iesu christi

aduentum habuisset: potuit mundus squalens non dicam ab omni cecitatis errore: nã id per clementissimũ deũ ipsum dumdaxat: erat futurum. sed ꝑfecto prope ab oi inscitia liberari. qualia enim Iesu bone docuisset: qui tanto sublimi Platõe fuisset maior: quanto diuinus ipse hõ maioribus suis omnibus anteierat. Quod si præsentis negocii: & instituti operis munus primum foret: dicere speciatim. quæ res tanta possit de Platone: expanderem equidem aliis antemnis uela grandiora. ostenderemque me quoque castissimo & purgatissimo illi Antistiti sapiẽtiæ. non nihil aliquando uigilasse. Verũ ad Apuleium reuertor hic philosophus. & si breuiter: aliquo tamen pacto dogma. hoc ẽ decretũ ac sanctionẽ Platonis exposuit. & eius ipsius partẽ. sub philosophiæ uocabulo tantũ mõ delibauit. Sextũ locũ obtinet de mundo liber. Ab aristotele sapientissimo: & physicoꝝ maximo ad Alexandrum regẽ script9 ab Apuleio nostro latinis exhibitus: ut unus uir ex platonicoꝝ familia: uterq; posset: & platonicus & aristotelicus eẽ censeri: maximo utriq;: & in suo genere philosophoꝝ primario. affectissimus. atque laudis utriusq; predicator indefectus. & merito. utrunq;. n. idem recta expensione sentire: minimeq;: qđ quidã arbitrantur dissentire: eo mõ tacitus iudicabat. quo in libello. tanta est præter illius rei cognitionẽ: qua de agitur hoc tempore. uel utilitas: uel facultas: ut pauci fortassis latinoꝝ libelli: utriusq; linguæ: i eo sciẽtiaꝝ genere studiosis. uideri cõmodiores possint. Cũ præsertim idem ipse sit Trimegistum interpræatus. & antiquissimũ. & diuinũ philosophũ qui liber septimum locum in operibus tenebit Apulei. Eiusmodiq; interpræatamẽto iis gradum oĩbus faciet. qui pure ac latine. illa quoq; uoluerint. quæ a forensi magis sunt dictione remota: nequaq̃ horridule interpræatari. Extremũ in hoc opere posuimus. non ita pridẽ cõuersum Alcinoum phylosophũ. & ipsum platonicum. latius paulo. diuini platonis sanctiones & decreta explicantem cuius interpræti patri reuerendo episcopo tropiensi honorem suum iuste seruauimus. præfationem eius libro alcinoi apponendo. quod eo etiam plenioreegimus uoluptate. quia hic libellus ad uirum maximũ Nicolaum cusensem. Cardinalem dum uiueret sancti petri aduincula. cuius nosipsi ĩ gratissimo nobis & utilissimo fuimus sex continuos annos obsequio. est inscriptus de cuius qui dẽ uiri sũmis laudib9 & uirtute. quisqs uelit scribere. facillime qđ laudet c biuiũ promptumq; inueniet. ubi tamen desinat. aut cui. quid preferat. de summis eius meritis: uel ornamẽtis. nũq̃ si sapiat. poterit exacte iudicare. fuit. n. uir ille. qđ nõ tibi pr̃ beatissime: sed posteris dico. tãta bõitate: ut uir eo melior nũq̃ sit nat9. uitioꝝ oĩum hostis acerrimus: atque publicus inimicus. & fastus atque ambitiõis ita aduersarius. ut quiuis maxime: quibus. hominũ quorundã peruersa opinio. quantomagis abundãt eo se putãt firmius & augustius dignitatis suę locũ gradũq; seruare. seque ipsos magis honorari. Tanta uero integritas ut facilius apeninus. aut alpes relique. q̃ sancte ac iuste ab eo semel concepta sententia. loco potuerint dimoueri. Nec quisquã illi uiro absque iustitia: & pietate carus unquã fuit. Ea honestoꝝ laborũ patientia. in decliui etiam senectute. iam posito. ut annos cum labore estimantes. aliquid in eo maius homine facile esse sentirent. Ea et benefaciẽdi. et gratificandi promptitudo. ut natus omnibus maxime sibiipsi minime uideretur. Ea gratię referendę. si preuẽt9: ut sit a quo piã merito foret. festinatio. et copia. ut uitam quoque pro benemerentibus effundendo: se tamen satisfacere non posse beneficiis iudicaret usq; adeo uero studiosus ut meipso præsente. et maxime admirante. in hyberno quoque lõgo itinere. totũ diẽ.

ultra milia passum quadraginta: germãica trãsigẽs eqtatiõe: quæ solet eẽ laboriosior noctibꝰ tamẽ. & senex: & qđ credi poterat: defatigatꝰ: strato se ꝓripiẽs suo: grauissimas theologiæ iterdiu secũ obiter cõmentatas: manu sua scriberet quæstiões. nobisque audiẽdi eiꝰ pcupidis in uia post ridiãis sp mãsiõibꝰ faciendis. diuini animi sui inuentiones explicaret. Sane quidem tanta doctrinarum omnium ubertate Nicolaus quod ẽ dictu mirabile: fuit: ut quicquid ex tempore dicendum incidisset. tali id sp ille copia edissereret: ut ei soli facultati censeretur studuisse. Vir ipse quod rarum ẽ in germanis supra opinionem eloquens. & latinus: historias idem omnis non priscas modo: sed medię tempestatis. tum ueteres tum recensiores usque ad nostra tempora memoria retinebat. Gesta pręcipue conciliorum omnium ecclesiasticam scilicet historiam non summatī: sed per capita singula & ueluti diarias ipsas actiones ex amussim crebro referebat: rerum origines quasi christianus. Cato & facti cuiusque ordinem explicabat: ut uel unica ista reuideri facile quiret admirabilis. quæ tamen maioribus cęteris comparata inter illius laudes: locum sibi minimum uindicabit. poetas & oratores dissimulabat sane. uerum ut erat ingenio per ameno: nequaquam ignorabat. In disciplinis mathematicis suo tempore Nicolao doctior fuit nemo quod quidem uiri illius plurime testantur scriptiones. Ius ciuile. & pontificium recte: puræque didicerat. & ut immortali atque æterna memoria erat. tanquam tunc primum ex illorũ studiorum officina prodiisset: memoriter sanctiões: & patrum decreta omnia: & doctorum insuper sententias recitabat. philosophiæ aristotelicę acerrimus disputator fuit. Theologię uero Christianæ summus interpres: & magister. & cælestis arcãi antistes sapientissimus. at platonis nostri & pythagoreorum dogmatum. ita cupidus atque studiosꝰ ut nemo magis illi sciẽtię putaretur itẽdisse. qđ eqđ ẽ duobꝰ exẽplis breuiter & uerissime ɔfirmabo. Proclũ hẽbat platõicũ mẽdosissime scriptũ acri tñ igẽio adeo ei rei itelligẽdę assiduꝰ istiterat ut ẽt ex mediis librarioꝝ mẽdis solidã reꝝ eliceret ueritatẽ quod ea ratiõe perspectum est quia deĩde oblato illi forte fortuna. uero quodã exemplari ita inuentus est proclus ipsę scripsisse. ueluti. Nicolaus ingenio suo fuerat coniectatus. parmenidem platonis magna ueluti ardens siti de græco in latinum fecit conuerti. Item platonis theologiam a proclo quem modo nominauimus. scriptã his ille libris: ueluti thesauris suis & propriis maxime recreabatur ut nulli alii rei tantopere uigilaret. quod quare in epistolę huius calce dedita opera posuerim tibi pater beatissime ut dicam est necesse. Nam de Nicolao tuo cętera me rectius & plenius ipse cognouisti. ostẽdi initio meæ præfationis. uirum excelentissimum Bessarionem cardinalem nicenum. platoni magna ratione esse affectissimum. Idipsum & de Nicolao Cusensi cardinale dum uiueret sancti petri declaraui. Quis igitur nisi ineptus & uanus audebit nostra ætate a uiris his duobus facile doctorum principibus dissentire. quis grauis & sanus non maxime consentire uides pater beatissime plane uides quãto asilo agi quanta uertigine contorqueri debeat quisquis sese obtrectatorem & quasi polictorẽ diuini platõis audeat ꝓfiteri quẽ prisci oẽs quẽ ueteresquẽ medie tẽpestatis hoies quẽ nr̃ę ætatis maximi quẽ græci: quẽ barbari: quẽ christiãi oẽs eruditissimi oraculi uice colãt obseruẽt & predicẽt ꝓdeãt ex gurgustiis. si satis sibi nõdũ uidẽt preuaricatiõe preterita delirasse: clarete: noui aderũt Entelli. ad pugnãdũ nõ precipites illi qđẽ sed iusta idignatiõe prouocati prodeant Thersite et achilles adderunt: uincendi

fiducia. & diuinis armis instructi pdeant Marsie: & Apollines puocent. ut Musis arbitris. ac iudicibꝰ. diffluāt excoriati nō i nostri orbis fontes: sed in cocytos infernos. Letheas uoragines. atq; estuosos phlegetōtes. da ueniā pater beatissime. contra fabulosos: & lucifugas: hosce. fabulis utēti. nā si resipiscēt. qđ eqdem opto palinodias cōmodū p plateas decātabūt. neq; id solū. sed p & cōpita scriptas affigēt: ut facti ceci: ptesui meliore: luminis exiguū: lucisq; recuperent. Quæ. n. malū fuit stulticia immo quæ tanta insania. qs stupor. puluere ac calce solem niti. ac cōtendere obtenebrare: ut in altū sublatus puluis in iaculatoꝝ ipsoꝝ oculos recidens: lucē oēm eis eriperet. qđ pfecto iis accidit: quicūq; platonicū solem. sese temese obscuraturos crediderunt. Nos tū. nō de miseris triūphū optātes christiāisque & Platōis simul radiis. & humānitate illustrati: cecos istos miserati demus errātibꝰ: & stupidis. & nihil cernentibꝰ. nihil intelligentibꝰ oio uenie manū. ad fontesque oēs penitentię ꝯscientiæque deducamus: ut loci retractatiōis aqua. lippiētesque oculos iniuncti doloris medicamēto. aliqū discant meliora. ingemiscātque errasse. tibi sit & tuo gregi fœlicitas ppetua. pastor eterne: & pōtifex sanctissime. p quem tpa nr̃a assidua pace letiora florescunt. qđ ut ppetuū & tibi. & nobis sit. dn̄s ipse omnipotens misericorditer impartiat.

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI METAMORPHOSEOS SIVE DE ASINO AVREO LIBER PRIMVS.

At ego tibi sermone isto milesio uarias fabulas conseram: aureſq; tuas beniuolas: lepido susurro permulceā: mō si papyꝝ ægyptiā argutia nilotici calami inscriptā: nō spreueris īspicere: figuras fortunasq; hominū ī alias imagines cōuersas: & ī se rursū mutuo nexu refectas ut mireris: exordior. Quis ille: paucis accipe. Himettos Attica: & Isthmos Ephiræa: & Tænaros Spartiaca glebæ felices: æternum libris fœlicioribus: credite: mea uetus prosapia est. Ibi inq̄ ī Atthide: primis pueritiæ stipendiis merui. Mox in urbe Latia aduena: studioꝝ Quiritiū: īdigenā sermonē: ærumnali labore: nullo magistro præeūte aggressus: ex colui. En ecce præfamur ueniā: si quid exotici ac forensis sermonis rudis locutor offēdero. Iā hæc quidē ipsa uocis īmutatio: desultoriæ sciētiæ stilo: quē accersim⁹ respōdet. Fabulā græcanicā īcipimus: lector ītende lætaberis. Thessaliā: nā & illic originis maternæ nostræ fūdamēta a Plutarcho illo inclyto: ac mox Sexto philosopho nepote eius prodita: gloriā nobis faciūt: eā Thessaliā ex negocio petebā. Postq̄ ardua montiū: & lubrica ualliū: & rosida cespitū: & glebosa camporū emersi: me æquo indigena palbo uehens: iā eo quoq; admodū fesso: ut etiā fatigationē sedētariā: īcessus uegetatione discuterē: ī pedes desilio: equi sudorē & frōtem curiose extrico: auris remulceo: frenos detraho: ī gradū lenē sensim proueho: quo ad lassitudinis incōmodū: alui solitū: ac naturale præsidiū eliquaret. Ac dū is ientaculum ambulatoriū: prataq; præterit: ore in latus detorto ꝓnus adlectat: duobus comitum: qui forte paululū processerāt: tertiū me facio: & dū ausculto quid sermōis agitaretur: Alter exorto cachinno pce inquit in uerba ista: hæc tā absurda: tamq̄ īmania mētiendo. Isto accepto sititor alioquin nouitatis: īmo uero inq̄ īpartite sermonē: nō quidem curiosum: sed qui uelim scire uel cuncta: uel certe plurima: simul iugi q; insurgimus aspitudīnē fabulaꝝ lepida iucūditas leuigabit. At ille qui cœperat: ne iquit istud mendaciū tā ueꝝ ē q̄ si qui uelit dicere: magico susuramine amnes agiles reuerti: mare pigrū colligari: uentos inanimes expirare: solē inhiberi: lunā despumari: stellas euelli diem tolli: noctē teneri. Tūc ego in uerba fidentior: heus tu inq̄: qui sermonē ieceras priorem ne pigeat te: uel tædeat reliqua prætexere: Et ad aliū. Tu uero crassis auribus & obstinato corde: respuis quæ forsitan uere phibeantur: minus hercule calles prauissimis opinionib⁹ ea putari mēdacia: quæ uel auditu noua: uel uisu rudia: uel certe supra captum cogitationis ardua: uideantur. quæ si paulo accuratius exploraris: nō mō cōpertu euidentia: uerū etiā factu facilia senties. Ego deniq; uespera dum polentæ caseæq; mordico securius offulam grandiorē in cōuiuas ęmulos cōtruncare gestio: mollicie cibi glutinosi faucibus inhærentis: & ima gula spiritus detinentis: minimo minus interii: & tamē athenis proximo: & ante poetilen porticum: isto gemino obtutu circulatorem aspexi equestrem: spatā præacutā mucrone infesto deuorasse: ac mox eundē inuitamento exiguę stipis uenatoriā lanceā qua parte minatur exitiū in ima uiscera condidisse: & ecce pone lanceæ ferrum: qua bacillum inuersi teli ad occipitium per inguimē subit puer in molliciem decorus insurgit. Inq; flexibus tortuosis eneruā: & exossā saltationē explicat: cum oīum: qui aderamus: admiratione: diceres dei medici baculo: q; ramulis semiamputatis nodosum gerit: serpentem generosum: lubricis amplexibus i

Milesius sermo

Exoticus sermo

sedentaria fatigatio

In

hærere: sed iam cædo tu sodes: qui cœperas fabulam: remetire. Ego tibi solus hic pro isto credam: & quod ingressui primum fuerit stabulum prandio participabo: hic tibi merces posita est. At ille istud quidē quod polliceris: æqui boniq; facio. Verū quod inchoaueram: porto exordiar. Sed tibi prius deierabo solem istum uidentem deum: me uera comperta memorare: ne & uos ulterius dubitetis: si Thessaliam proximā ciuitatem perueneritis: quod ibidem passim per ora populi sermo iactetur: que palā gesta sunt: sed ut prius noritis qui sim: & cuiatis: quo questum nunc eam: audite: aeginensis quidem sum æthnęo melle uel caseo & huiuscemodi cauponarū mercibus: per Thessaliam: Aetoliam. Boetiam ultro citro discurrens: cōperto itaq; quod hypate: quę ciuitas cunctę Thessalię antepollet: esset caseus recens: & sciti saporis: admodū cōmodus precio distrahi: festinus adcucurri: id omne præstinaturus: sed ut fieri assollet: sinistro pede profectum: me spes cōpendii frustrata est: omne enī pridie lupus negociator magnarius coemerat. Ego igitur inefficaci celeritate fatigatus: cōmodum uespera oriente ad balneas processeram. Ecce Socratem contubernalē meum conspicio: humi sedebat: scissili palliastro semiamictus. pene alius lurore ac misera macie deformatus: qualia solent fortunę deterrima: stipes in triuiis erogare. hūc talem quamq; necessariū & sūme agnitum: tamen dubia mente propius accessi. Hem inquā mi Socrates quid istud? que facies? quod flagitium? At uero domi tuę iā deflectus & conclamatus es: liberis tuis tutores iuridici: prouincialis decreto dati: uxor præsolutis feralibus officiis: luctu & mœrore diuturno diformata: diffletis pene ad extremā captiuitatem oculis suis domus infortunium: nouarum nuptiarum gaudiis a suis sibi parentibus hylarare cōpellitur. At tu hic laruale simulachrum: cum summo de decore nostro uiseris. Aristomene inquit ne tu fortunarum lubricas ambages: & instabiles incursiones: & reciprocas uicissitudines ignoras & cū dicto sutili centūculo faciem suam: iam dudum punicantē præ pudore obtexit: ita ut ab umbilico pubetenus: cętera corporis renudaret. Nec denīq; perpessus ego tam miserum ęrumne spectaculū iniecta manu ut adsurgat: enitor. At ille ut erat capite uelato: sine sine īquit: fruatur diutius tropheo fortuna: quod fixit ipsa: effeci: sequatur. Et simul unam ex duabus laciniis meis exuo: eumq; propere uestio dicam: an ne contego? & ilico lauacro trado: quod unctui: quod cursui: ipse pręministro: sordium enormē eluuiem operose effrico. Probe curato ad hospitium: lassus ipse fatigatum ęgerrime sustinens perduco: lectulo refeo: cibo satio: poculo mitigo: fabulis permulceo. Iam ad lubentia procliuis est sermonis & ioci: & scitū est cauillum: iam dicacitas tinnula: cum ille imo de pectore cruciabile: suspirium ducens: dextra sęuiente: frontem replaudens: me miserum infit: qui dum uoluptatem gladiatorii spectaculi satis famigerabilis cōsector: in has erumnas incidi. nā ut scis optime secundum questū Macedonia profectus: dum mense decimo ibidem attentus numatior reuortor: modico priusq; Larissam accederem: per transitum spectaculum obiturus: in quadam auia & laciniosa conualle a uastissimis latronibus obsessus: atq; omnibus priuatus tandem euado: & utpote ultime adfectus: ad quandam cauponam Meroen anum: sed admodum scitulam deuorto: eiq; causas & peregrinationis diuturnę: & domuitionis anxiæ: & spoliationis diuinę aperio. & dum misere refero quę memini illa me quam humane tractare adorta: cœnę gratę atq; gratuitę: ac mox urigine parcita cubili suo applicat: & statim miser ut cum illa acquieui ab unico congressu annosam ac pestilentem cōtra hos: & ipsas etiam lacinias: quas boni latrones contengendo mihi concesserant: in eam con

Magnarius

Conclamatus

Centunculus

Flamigerabilis

Reuortor

Deuorto

tuli: operulas etiam quas adhuc uegetus: saccariam faciens merebam: quod me ad istã
faciem quam paulo ante uidisti: bona uxor & mala fortuna perduxit. Pol quidem tu
dignus inquam es extrema sustinere: si quid est tamen nouissimo extremius: qui uolu
ptatem ueneriam: & scortum scorteum lari & liberis prętulisti. At ille digitum a pol
lice proximum: ori suo admouens: & in stuporem attonitus: tace tace inquit: & circun
spiciens tutamenta sermonis: parce inquit in fœminam diuinam: nequam tibi lingua i
temperante noxam contra has. Ain tandem inquam potens illa: & regina caupona?
quid mulieris est? Saga inquit & diuini potens: cęlum deponere: terram suspendere:
fontes durare: montes diluere: manes subliare: deos infirmare: sidera extinguere: tar
tarum ipsum illuminare. Oro te inquã: & oro te inquã: auleum tragicum dimoueto:
& siparium scęnicũ complicato: & cedo uerbis cõmunibus: Vis inquit unũ uel alter:
imo plurima eius audire facta? nam ut se ament efflictim: non modo incolę: uerum ẽt
Indi: uel ęthiopes utriq;: uel ipsi Antichthones: folia sunt artis: & nugæ merę: sed quod
in conspectu plurium perpetrauit audi. Amatorem suum quod i aliam temerasset:
unico uerbo mutauit in feram castorem: quod ea bestia captiuitati metuens: se ab inse
quentibus repręcisione genitalium liberat ut illi quoq; simile: quod Venerem habuit in
aliam proueniret. Cauponẽ quoq; uicinum: atq; ob id ęmulũ deformauit in ranam: &
nunc senex ille dolium innatans uini sui: aduentores pristinos i fęce submissus officio
sis roncis raucus appellat. Alium de foro quidem: quod aduersus eam locutus esset:
in arietem deformauit: & nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem: qd
in eam dicacule probrum dixerat: iam in sarcinã pręgnationis obsęcto utero: & repu
gnato fœtu: perpetua pręgnatione damnauit. Et ut cuncti numerant octo annorũ one
re misella illa: uelut elephantum paritura distenditur. Quæ cum subide: ac multi no
cerentur: publicitus indignatio percrebuit: statutũq; est: ut in eã die altera seuerissime
saxorum iaculationibus uindicaretur. Quod consilium uirtutibus cantionum ante
uertit: & ut illa Medea unius dieculę a Creonte impetratis induciis: totã eius domum:
filiamq; cum ipso sene flammis coronalibus deusserat: sic hæc deuotionibus sepulchra
libus in scrobem procuratis: ut mihi temulenta narrauit: proxime cunctos: in suis sibi
domibus tanta numinum uiolentia clausit: ut toto biduo: non claustra perfringi: non
fores euelli: nõ deniq; parietes ipsi quiuerint perforari: quoad mutua hortaõne conso
ne clamitarent: quã sanctissime deierantes sese neq; ei manus admolituros: & si qui ali
ud cogitarint: salutare laturos subsidium: & sic illa propiciata: totam ciuitatẽ absoluit
At uero cœtus illius auctorem nocte intempesta: cũ tota domo idest parietibus & ipso
solo: & omni fundamento: ut erat clausa: ad centesimum lapidem in aliã ciuitatem sũ
mo uertice montis exasperati sitam: & ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniã dẽ
sa inhabitantium ædificia locũ nouo hospiti non dabant: ante portam proiecta domo
discẽdit. Mira inquã nec minꝰ sæua mi Socrates memoras. deniq; mihi quoq; nõ par
uam incussisti solicitudinẽ: imo uero formidinẽ iniecto non scrupulo sed lancea nequo
numinis ministerio similiter: usa sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaq; ma
turius quieti nos reponamus: & somno leuata lassitudine noctis: ante lucem aufugia
mus istinc ꝙ putas longissime. Hęc adhuc me suadẽte: insolita uinolentia: ac diuturna
fatigatione ptẽtatus bonus Socrates iã sopitus stertebat altius. Ego uero aducta for:
pessulisq; firmatis: grabattulo etiã pone cardine supposito & probe adgesto: super cũ
me recipio. Ac primũ prę metu aliquantisper uigilo dei circa tertiam ferme uigiliã pau

saccariam
faciẽs
exremius
scorteum
scortum
siparium
scæni cum
officiosis
roncis
obsęcto
utero
repugnato
fœtu
coronales
flãmę

lulum conniueo: cõmodum quieueram: & repente in pulsu maiore: q̃ ut latrones crederes: ianuæ reserantur: imo uero fractis & euulsis funditus cardinibus prosternuntur. grabattus alioquin breuiculus: & uno pede mutilus ac putris: impetus tanti uiolentia posternitur: me quoq; euolutum: & excussum humi recidens in inuersum coopit ac tegit. Tũc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium prouenire. nam ut lachrymæ sæpicule de gaudio prodeunt: ita & in illo nimio pauore: risum nequiui continere: de Aristomene testudo factus. Ac dũ infimũ deiectus obliquo aspectu: quid rei sit grabattuli sollertia munitus opperior: uideo mulieres duas altioris ætatis: lucernã lucidam gerebat una: spongiam & nudum gladium altera. Hoc habitu Socratẽ bene quietum circunstetere: Infit illa cum gladio: hic est soror Panthia: carus Endosimion: hic calamitus meus: qui diebus ac noctibus illusit ætatulam meam: hic qui meis amoribus subterhabitis: non solum me diffamat probris: uerum fugam instruit. At ego. s. Vlyxi astu deserta sum: & Calypsonis æternam solitudinem: & porrecta dextera: meq; Panthiæ suæ demonstrato. At hic inquit bonus consiliator. Aristomenes: qui fugæ huius autor fuit: & nunc morti proximus: iam humi prostratus grabattulo succubans iacet: & hic omnia conspexit impune se relaturum meas contumelias putat: faxo eum sero: immo uero iam nunc: ut & præcedentis dicacitatis: & instantis curiositatis pœniteat. Hæc ego ut accepi sudore frigido miser p̃fluo: tremore uiscera quatior: succussusq; sum adeo: ut grabattulus etiam inquietus super dorsum meum palpitando saltaret. At bona Panthia quin igitur inquit soror hunc primum bacchatim discerpimus: uel membris eius destinatis: uirilia desecamus. Ad hæc Meroe: sic eñi re ab se nomen eius: quam fabulis Socratis conuenire sentiebam: imo ait supersit hic saltem: quin miselli huius corpus: parua contumulet humo: & capite Socratis i alterum dimoto latus: per iugulum sinistrum: capulo tenus gladium totum ei demergit: & sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter: ut nulla stilla cõpareret usquã: hæc ego meis oculis aspexi: nã etiã: ne quid demutaret credo a uictimę religione: imissa dextera per uulnus illud ad uiscera penitus: cor miseri contubernalis mei Meroe bona serutata protulit: cũ ille ĩpetu teli præsecata gula uocem: imo stridorem incertum per uulnus effunderet: & spiritum rebuliret. Quod uulnus: qua maxĩe patebat: spongia effulciens Panthia: heus tu inquit spongia caue in mari nata: per flumen ne transeas: his æditis ab una: remoto grabattulo: uaricus super faciem meam residentes: uesicã exonerant: quoad me urinæ spurcissimæ madore perluerẽt. Cõmodum limen euaserãt: & fores ad pristinum statum integræ resurgunt: cardines ad foramina resident: postes ad repagula redeunt. ad claustra pessuli recurrunt. At ego ut eram etiam nunc humi proiectus inanimis: nud9: & frigid9: & lotio perlitus: quasi recens utero matris æditus imo uero semimortuus: uerumetiã ipse mihi supuiuens: & Postumus: uel certe distinatę iã cruci candidatus: quid inq̃ de me fiet: ubi iste iugulat9 mane paruerit? Cui uidebor uerisimilia dicere p̃ferens uera: proclamares saltem suppetiatũ: si resistere uir tantus mulieri nequibas: sub oculis tuis homo iugulatus: & siles? cur autẽ te simile latrociniũ nõ pemit? Cur sæua crudelitas: uel pp ĩdiciũ sceleris arbitro pepcit? Ergo quoniã euasisti mortẽ: Nũc illo redi. Hæc identidẽ mecũ replicabã: & nox ibat ĩ diẽ: optimũ itaq; factu uisũ ẽ: ante luculo furtim euadere: & uiam licet trepido uestigio capessere: sũmo sarcinulam meã subdita claui pessulos reduco. At ille probe & fideles ianuæ: que sua sponte deseratæ nocte fuerant: uix tandẽ: & ęgerrime tunc clauis suæ crebra ĩmissione

bac- chati me roe

uari- cus

suppe tiatũ te-

patefiũt. Et heus tu inq̃ ubi es? ualuas stabuli absoluq: antelucio uolo ire. Ianitor po
ne stabuli hostium: humi cubitans & iam nunc semisomnus: quid tu inquit: ignoras
latronibus infestari uias? qui hoc noctis inter incipis. Hem: & si tu alicuius facinoris
tibi cõscius scilicet mori cupis: nos cucurbitę caput nõ habemus ut pro te moriamur
non lõge inq̃ lux ab est. Sed & præterea quia uiatori de sũma paupie latrões auferre pos
sunt? An ignoras inepte: nudũ nec a. x. palestritis te spoliari posse. Ad hæc ille marci-
dus & semisopitus: in alterꝝ latus euolutus: unde autẽ inquit scio: an cõuectere illo tuo
cum quo sero deuertera: iugulato: fuge mandes pręsidiũ. Illud horę memini me terra
dehiscẽte: ima tartara: inq; his canẽ cerberꝝ: prorsus esurientẽ mei prospexisse: ac recor
dabar profecto bonã Meroẽ nõ misericordia: iugulo meo pepcisse: sed seuicia cruci me
seruasse. In cuniculũ itaq; reuersus: de genere tumultuario mortis mecum deliberabã. exan-clare
Sed cum nullũ aliud telũ mortiferꝝ fortuna: q̃ solũ mihi grabattulũ subministraret. Iã
iã grabattulę inq̃ aio meo carissime: qui mecũ tot erũnas exanclasti: conscius & arbiter
quę nocte gesta sũt: quẽ solũ in meo reatu testẽ inocentię citare possũ: tu mihi ad iferos
festinati: submiuistra telũ salutare. Et cũ dicto restim qua erat in textus: aggredior ex-
pedire: ac tigillo quod fenestrę subditum altrinsecus prominebat. Iniecta atq; obdita
parte funiculi: & altera firmiter in nodum coacta: ãscẽso grabattulo: ad exitiũ sublima
tus: & misso capite laqueum induo. Sed dũ pede altero: fulcimentũ quo sustinebar re-
pello: ut ponderis deductu restis ad ingluuiẽ adstricta: spirit9 officia discluderet repẽ
te putris alioqnin: & uetus funis dirumpitur. Atq; ego de alto recidẽs: Socratẽ: nam
iuxta me iacebat super ruo. cũq; eo in terrã deuoluor: & ecce in ipso momẽto ianitor in
trorupit: exerte clamitans. Vbi es tu qui alta nocte imodice festinabas: & nunc stratis
inuolutus? Ad hęc nescio: an casu nostro: an illius absono clamore: experrectus So-
crates exurgit prior. Et ue inquit imerito stabularios hos oẽs hospites detestantur. Nã
iste curiosus dum iportune irrũpit: credo studio rapiendi aliquid: clamore uasto: mar
cidus alioquin me altissimo somno excussit. Emergo lætus atque alacer: isperato gau
dio pfusus: & ecce ianitor fidelissime: comes & pater meus & frater meus: quẽ nocte e-
brius occisum a me calũniabaris: & cũ dicto Socratẽ deosculabar amplexus. At ille o
dore alioquin spurcissimi humoris pcussus: quo me lamię illæ infecerãt: uehemẽter as-
pernatur. Apage te inquit fœtorem extremę latrinę: & causas cœpit hui9 odoris comi
ter inquirere. At ego mire adficto ex tempore: absurdo loco: in aliũ sermonẽ intetio- diruo
nem eius denuo diriuo. & iniecta dextra quin imus inq̃: & itineris matutini gratiam ca
pim' summo sarcinulã: & pretio mãsionis stabulario persoluto capessimus uiã. Ali
quantũ processeramus: & iã iubaris exortu cuncta collustrãtur: & ego curiose sedulo
arbitrabar iugulum comitis: qua parte gladiũ delapsum uideram: & mecũ uesane ani-
mo quin poculis & uiuo sepultus: extrema somniasti: ecce Socrates integer: sanus ico
lumio: ubi uulnus? spongia ubi? postremo cicatrix: tã recens? & ad illũ. Ne imerito in
quã medici fidi cibo & crapula distentos: sæua ꝓ grauia somniare autumnãt: mihi de-
niq; ꝑ poculis uesperi minus tẽperaui: nox acerba diras & truces imagines obtulit: ut
adhuc me credã cruore humano aspersũ. atq; ipiatũ. Ad hęc ille subridens: At tu in-
quit nõ sanguine: sed locio pfusus es: uerumtamẽ & ipse p somnũ iugulari uisus sũ ni-
hil nam & iugulum istum dolui & cor ipsum mihi auelli putaui & nunc etiam spiritu
deficior & genua quatior & gradu titubo & aliquid cibatus refouendo spiritu desidero
Et inquã paratũ tibi adest ientaculũ & cum dicto mantica mea humero exuo Caseum

cũ pãe ꝓpere ei porrigo : & iuxta platanũ istã residam9 aio : quo facto : & ipse aliq̇d idi
dem sũmo : Eũq; auide esitantẽ aspitiẽs : aliquãto iteriore macie : atq; pallore buxeo de-
ficientẽ uideo. Sic deniq; eũ uitalis color turbauerat : ut mihi pręmetu : nocturnas ẽt fu
rias illas imaginanti : frustulũ panis : ꝙ primũ sumpserã : q̃uis admodũ modicũ : medi
is faucibus inhęreret : ac neq; deorsũ demeare : neq; sursũ remeaŕ posset. Nã & breuitas
ipsa cõmeantiũ : metum mihi cumulabat. Quis enĩ de duobus comitũ : alteꝝ sine al-
terius noxa peremptũ crederet? Veꝝ ille ut satis detruncauerat cibũ sitire ĩpatienter cœ
perat. Nã & optimi casei bonã ptẽ uide deuorauerat : & haud ita longe radices plata-
ni leuis fluuius in spẽm placidę paludis ignauius ibat. Argẽto uel uitro æmolus inco
lorem. En inq̃ explere latice fõtis lacteo. Adsurgit : & oppertus paululũ : planiorẽ ripę

ad proãt pato-rem

marginẽ cõplicitus in genua adpronat se auid9 adfectãs poculũ : necdũ satis extremis
labiis sũmum aquę rorẽ attigerat : & iugulo eius uulnus dehiscit in profundũ patorem
& illa spõgia repẽte de eo deuoluitur : eãq; paru9 admodũ comitatur cruor. deniq; cor
pus exanimatũ in flumẽ pene corruerat : nisi altero ego eius pede retento : uix & egrę ad
ripã supiorem attraxi. Vbi defletum pro tpe comitẽ misellum arenose humo : ĩ amnis
uicinia sempiterna cõtexi. Ipse trepidus & eximie metuens mihi : per diuersas & auias
solitudines aufugi. Et quasi cõscius mihi cædis humanę : relicta patria & lare : ultroneũ
exilium amplexus : nunc Aetoliã : nouo cõtracto matrimonio : colo. Hæc Aristome-
nes : at ille comes eius : qui stati initio : obstinata incredulitate sermonẽ eius respuebat.
Nihil ĩquit hac fabula fabulosius : nihil isto mẽdacio absurdius : & ad me cõuersus. Tu
autem ĩquit uir : ut habitus & habitudo demõstrat ornatus accedis huic fabnlę? Ego
uero inq̃ nihil ĩpossibile arbitror. sed utrunq; fata decreuerint : ita cũcta mortalib9 pro
uenire. Nã & mihi & tibi & cunctis hoibus multa usu euenire mira & pene ĩfecta : quæ
tamẽ ignaro relata fidẽ pdant. Sed ego huic & credo hercules & gratas gratias memi
ni : ꝙ lepidę fabulę festiuitate nos auocauit : asperã deniq; ac prolixã uiam sine labore &
tædio euasi : Quod beneficiũ ẽt illũ uectorẽ meũ credo lætari : sine fatigatione sui : me
usq; ad istã ciuitatis portã : nõ dorso illius : sed meis auribus prouecto. Is finis nobis &
sermõis & itineris cõmunis fuit. Nã comites utriq; ad uillulas ꝓximas leuorsũ abiere :
Ego uero ꝙ primũ ĩgressu stabulũ cõspicatus sum : accessi. & de quadã anu caupona ili
co pcontor. est ne inq̃ Hypata hęc ciuitas? Annuit. Nosti ne Milonẽ quendã epriori-
bus? Arrisit. Et uere inquit primus istic perhibetur Milio : qui extra pomeriũ & urbem
totã colit. Remoto inq̃ ioco parens optima. dic oro & cuiatis sit : & quib9 diuersetur æ
dibus. Vides ne ĩquit extremas fenestras : quę foris urbẽ prospiciunt : & altrinsecus fo
res proximũ respicientes angi portũ : inibi iste Milo diuersatur : amplitet nũmatus : &
longe opulentus : ueꝝ extremę auaritie : & sordis ĩfimę : ĩfamis homo : fœnus deniquæ
copiosum sub arrabone auri & argenti crebriter exercens : exiguo lare ĩclusus : & erugi
ni semper intentus : cũ uxore etiã calamitatis suę comite habitat. Neq; pręter unicã pa
scit ancillulã : & habitu mendicantis semper ĩcedit. Ad hæc ego risu subiicio : benigne
inq̃ & prospicue Demeas meus ĩ me cõsuluit : qui peregrinatuꝝ tali uiro cõciliauit : ĩ cu
ius hospitio nec fumi nec nidoris nebulã uererer. & cũ dicto modico secus progressus
hostiũ accedo : & ianuã firmitet opessulatã pulsare uocaliter ĩcipio. Tandem adolescẽ-
tula quædã procedens. Heus tu ĩquit : qui tam firmiter fores uerberasti : sub qua specie
mutuari cupis? An tu solus ignoras pręter auꝝ argentũq; nullũ nos pign9 admittere?
Meliora inq̃ omĩare : & potius respõde : an ĩtra ędes heꝝ tuũ offẽderi? Plãe ĩquit : sed q̃

causa questiōis huius. Litteras ei a corynthio Demea scriptas ad eū reddo. Dū annun
tio inqt: hec ibidē opiminor. Et cum dicto rursum foribus opessulatis inrro: capessit: oppe
modico deīde regressa: patefactis ædibus. Rogat te inquit intuli me: eumq; accubātē: rimi-
exiguo admodū grabattulo: & cōmodū cœnare īcipientē īuenio: assidebat pedes ux- nor
or: & mensa uacua posita: cuius mōstratu. En īquit hospitiū. Bene ego: & illico eis lit
turas Demeę trado: Quibus prespiter lectis: amo īqt meum Demææ: qui mihi tātū
cōciliauit hospitem. Et tum dicto: iubet uxorē decedere. Vtq; in eius locum assideā: iu
bet meq; eā nunc uerecundia cōtantē: abrepta lacinia detrahens: adside inquit istic. Nā
præ metu latronum: nulla est fibula an ne sufficiētem supelectilē parare nobis licet: ec
ci Et sic: Ego te īqt etiā ne ista torporis speciosa: hītndie deq; hac uirginali prorsus uere
cūdia: generosa stirpe proditū: & recte couiicerē Sed & me9 Demeas eadē litteris pro
nuntiat: ergo breuitatem grurgustioli nostri ne spernas peto: erit tibi adiacens: & ecce
illud cubiculum: hōestum receptaculum: fac libenter diuersēris ī nostro Nā & maio-
rem domum dignatōe tua feceris: & tibi specimē gloriosum arrogaris: sis cōtentus lare
paruulo: Tesei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris: qui nō est aspernatus heca-
Hecales anus hospitium tenue. At uocata ancillula. Fortis inquit larcinulas hospitis le an9
susceptas cum fide conde in illud cubiculū. Ac simul ex promptuario oleū unctui: & prom
lintea tersui: & cætera hæc eidē usui profer ociter. Et hospitē meū produc ad proxías ptu-
balneas: satis arduo itinere: atq; prolixo fatigatus est. His ego auditis: mores: atq; p nario
simoniā ratiocinans Milonis uolensq; me artius ei conciliare? Nihil inq rerum istaꝝ:
quæ itineris ubiq; nos comitantur. indigemus. Sed & balneas facile pcontabimur.
Plane quod est mihi sūme principiū equo qui me strennue peruexit: fenū atq; ordeū: ac
ceptis istis numulis tu Fotis emito. His actis: & rebus meis in illo cubiculo conditis:
pergens ipse ad balneas: ut prius aliquid nobis cibatui proficerē: foꝝ cupedinis peto.
Inq; eo piscatum opiparē expositum uideo: & percōtato precio: quod centum num- forū
mis īdicaret aspernatus? xx. denarios perstinaui. Inde me cōmodum egredientē: con cupe-
tinuatur Pythias cōdiscipulus apud athenas athicas meus: qui me post aliquantulum dinis
multam tpis amanter agnitum īuadit amplexusq; ac comiter deosculatus. Mi Luci ait pisca-
sat pol diu est: quod īteruisimus te? At Hercules exinde e Vastio magistro digressisu tum
mus. Quæ autem tibi causa peregrinationis huius? Crastino die scies inquam sed quid opipa-
istud uoti? gaudeo. nā & lixas & uirgas: & habitum prorsus magistratui cōgruentem ī rem
te uideo. Annonā curamus ait: & ædilem herimus: & si quit absonare cupis: utiq; cō- persti
modabimus. Abnuebā: quippe qui iā cœnę affatim piscatum prospexeramus. Sed. n. naui
Pithias uisa sportula: succussisq; ī aspectum planiorē piscibus. At has quisquilias q̄tū inter-
parasti? Vix inq piscatori extorsimus accipe. xx. denarios. Quo audito: statī adrepta uiso
dextra postliminio me in foꝝ cupedinis reducens. Et a quo inquit istoꝝ migamēta hec miga
cōparasti? Demonstro seniculum: ī angulo sedebat. Quem cōfestum pro ędilitatis īpe men-
rio uoce asperima increpās. Iam iam inquit nec amicis quidē nostris: uel oīno ullis hos ta
pitibus parcitis? Quid tā magnis preciis pisces friuolos īdicatis? & florē Thessaliæ re-
gionis instar solitudinis: & scopuli ædilium caritate deducitis? sed non mpune. iam
enim faxo scias: quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coerceri: & profu-
sā in mediū sportula: iubet officialē suū īsuper pisces inscēdere: ac pedib9 suis totos ob
terere: q̄ cōtētus moꝝ seueritndie: mens Pythias: ac mihi ut abirē suadens: Sufficit mi
hi o luci īqt seiculi tāta hęc cōtūelia. His actis cōsternat9 ac ꝓrsus obstupid9 ad balne

as me refero: prudētis cōdiscipuli ualido consilio. & nūmis simul priuatis & cœna: lau
tusq; ad hospitium Milonis: ac dehinc cubiculum me reporto. Et ecce Fotis ancilla:
cōplacitā: odit i se suā formositatē. Sed infortunatissimę filiæ miserrim9 pater suspe- ctatis cælestibus odiis. & iræ supum metuēs: dei milesii uetustissimū p cōtatur oraculū. & tāto numie precib9: & uictimis igratę uirgini petit nuptias & maritū. Sed apollo q̄q̄ græcus & ionicus pp milesie cōditorē: sic latina sorte respōdit. Montis i excelsi scopulo: desiste puellā. ornatā mūdo funerei thalami. Nec speres generū mortali stirpe creat ū sed sæuū atq; ferū uipereūq; malū q pinnis uolitās sup æthera cuncta fatigat: flamaq; & ferro singula debilitat. quē tremit ipse iouis. quo numina terrificātur: fluminaq; horrescūt. & stygiæ tenebræ. Rex olī btūs affatu scē uaticinatōis accepto. piger tristisq; retro domū pgit. suæq; cōiugi pręcepta sortis enodat ifaustę: meretur. fletur. lamētatur. diebus pluscuilis. sed dire sortis iā urget tetri effectus. Iā feraliū nuptiaę miserrimę uirgini choragiū struitur. Iā cędę lumē ātræ fuliginis cinerē arcessit & sonus tibię gygię mutatur in q̄rulū. lydii modū. cātusq; letus hymenei. Iugubri finitur ululatu. & puella nuptura: deterget lachrymas ipso suo flāmeo. sic affectę domus triste fatū: cūcta ēt ciuitas cōgemebat. luctuq; publico: cōfesti cōgruens edicitur iustiiū. Sed monitis cælestib9 parēdi necessitas. milesiā psychen ad destinatā pęnā efflagitabat. Perfectis igr feralis thalami cū sūmo merore solēnib9. toto ꝓsequēte populo: uiuū ꝓducitur funus & lachrymosa psyche comitatur: nō nuptias: sed exequias suas. Ac dū męsti parentes. & tāto malo pciti. nephariū facinus pficere contātur: ipsa illa filia talibus eos adhortatur uocibus. Quid ifelicē senectā fletu diutino cruciatis. Quid spiritū uestrū. q magis meus ē: crebris eiulatib9 fatigatis. Quid lachrymis inefficacib9: ora mihi uenerāda fędatis. qd laceratis i uestris oculis mea lumina: qd caniciē scinditis. qd pectora. qd ubera scā tunditis. Hic erunt uobis egregię meę formositatis præclara præmia. Inuidiæ nefariæ lætali plaga pcussi. sero sentitis. cū gens & populi celebrarēt nos diuinis honorib9. cū nouā me uenerē ore cōsono nuncuparēt. tunc dolere tūc flere. tūc me iā q̄si pemptā lugere. debuistis. Iā sentio. iā uideo. solo me noīe ueneris pisse. Ducite me & cui sors addixit scopulo sistite. Festino felices istas nuptias obire. Festino generosū illū maritū meū uidere. qd differro. qd trecto uenietē. q totius orbis exitio natus ē. sic ꝓfata uirgo cōticuit. Ingressuq; iā ualido pōpę populi ꝓsequentis sese miscuit. Itur ad cūstitutū scopulū mōtis ardui cui9 in summo cacumie statutā puellā cūcti deserentes tedasq; nuptiales qb9 preluxerāt ibidē lachrymis suis extīctas reliquētes. deiectis capitibus domuitionē parāt. Et miseri qdē parētes eius tanta clade defessi clausę domus abstrusi tenebris ppetuæ nocti sese dedidere. psychen aūt pauētē ac trepidā: & i ipso scopuli uertice deflētē mitis aura molliter spirātis zephiri uibratis hic i de laciniis & reflato sinu sensim leuatam suo tranquillo spiritu uehens paulatim per deuexa excelsę uallis subditæ florentis cespitis gremio leniter delapsam reclinat.

Mile- sie cō ditor appol lo

Ver- sus ap polli nis

Cōso- latio

Eiusdem liber quintus de asino aureo:

PSyche teneris & herbosis locis i ipso toro roscidi graminis suaue recubās tāta mētis pturbatōe sedata dulce cōqeuit. Iāq; sufficiēti recreata sōno placido resurgit aīo uidet lucū ꝓceris & uastis arboribꝫ ꝯsitū uidet fontē uitreo latice plucidū medio luci meditullio ꝓpe fōtis adlapsū domꝫ regia ē edificata nō hūanis māibꝫ sed diuinis artibꝫ iā scies ab itroitu prio dei cuiuspiā luculētū: & amenū uiderī te diuersoriū. Nā sūma laqaria citro & ebore curiose cauata subeunt aureę colūne parietes oēs. argēteo celamie cōtegū

Regia diuina

tur. bestiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntiū. mirus prorsum magnæ artis homo: imo semideus. uel certe deus. qui magnæ artis subtilitate tamē efferauit argentū. Eniuero pauiméta ipsa lapide precioso cæsim diminuto: i uaria picturæ genera discriminantur uehemēter. Itē ac sæpius beatos illos: q sup gemmas & monilia calcant. Iā cæteræ partes lōge lateq; dispositæ domus. sine precio preciosæ: totiq; parietes solidati missis aureis. splēdore pprio coruscāt. ut diē suū sibi dom9 faciat licet sole nolente. sic cubicula. sic porticus: sic ipsæ ualuæ fulgurant. Nec seci9 opes cæteræ maiestati domus respōdēt. ut eq dē illud recte uideat: ad conuersatione humanā: magno ioui fabricatū cæleste palatiū: Inuitata psyche taliū locoꝝ oblectatione p pius accessit. & paulo fidentior: itra limē sese facit. mox plectāte studio pulcherrimæ uisiōis. Mirat singula. & altrinsecus ædiū horrea sublimi fabrica pfecta: magnisq; cōgesta gazis cōspicit. nec qcq: qd ibi nō ē. Sed præter cæterā tātaꝝ diuitiarū admiratione. hoc erat precipue mirificū. qd nullo uiculo. nullo claustro: nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur. Hic ei sūma cū uoluptate uisēti. offert sese uox qdā corporis sui nuda. Et quid inqt domīa tantis obstupescis opib9. tua sūt hic oīa. p hinc cubiculo te refer. & lectulo lassitudinē refoue. & ex arbitrio lauacꝝ pete. nos quaꝝ uoces accipis. tuæ famulæ: sedulo tibi preministrabimus: nec corpis curate tibi: regales epulæ morabūtur. Sēsit psyche diuinæ puidētiæ beatitudinē: mōitusq; uoces iformes audiēs: & pri9 sōno: & mox lauacro fatigationē sui diluit. uisoq; stati pximo semirotūdo: suggestū pp: istrumētū cænatoꝝ: rata refectui suo: cōmodū libens accūbit. & ilico uini nectarei: eduliūq; uarioꝝ fercula copiosa. nullo seruiēte: sed tātū spiritu quodā ipulsa subministrātur. Nec quēq tamen illa uidete poterat sed uerba tantū audiebat excidētia. & solas uoces famulas habebat. post opimas dapes. qdā introcessit. & cātauit inuisus. & alius cithara pulsauit. q uidebatur. nec ipsa tunc medulatæ multitudinis cōferta uox: aures eius affertur: ut quis hoiem nemo pareret. chorus tamen esse pateret. finitis uoluptatibus. uespa suadēte concedit psyche cubitū. Iāq; puecta nocte. & clemēs qdā sonus aures eius accedit. Tunc uirginitati suæ: p tanta solitudine metuens. & pauet: & horrescit. & quouis malo: plus timet: qd ignorat. tāq; aderat ignobilis maritus: & thoꝝ inscenderat. & uxorē sibi psychen fecerat. & ante lucis exortū ppere discesserat stati uices cubiculo prestolatæ nouā nuptā. iterfectæ uirginitatis curāt. hic diutino tpe sic agebatur. Atq; ut est natura redditum nouitas p assiduā cōsuetudinē: delectationē eius cōmendarat. & sonus uoces incertæ solitudinis erat solatium. Interea parētes eius idefesso luctu: atque merore cōsenescebāt. Latiusque porrecta fama. sorores ille maiores. cūcta cognorāt. ppeque mæstæ atque lugubres deserto lare: certatī ad parētum suoꝝ cōspectum. affatumque prexerāt. ea nocte ad suā psychē sic ifit marit9. Nāque præter oculos. & manib9 & aurib9 sentiebatur. Psyche dulcissima. & cara uxor: exitiabile tibi piculum minatur fortuna seuior. qd obseruādum pressiore cautela cēseo. sorores iā tuæ mortis opinīoe turbatæ. tuumque uestigium reqrētes scopulum istum ptinus adiere: qrum si quas forte lamētatōes accepis: neque respōdeas. īmo nec pspicias oīo. Cæteꝝ mihi qdē grauissimum dolorē: tibi uero summum creabis exitium. Annuit. & ex arbitrio mariti: se factură spopondit. sed eo simul cum nocte dilapso: diē totum lachrymis ac plangoribus misella consumit. se nunc maxime prorsus perisse iterans. que beati carceris custodia septa. & humanæ conuersationis colloquio uiduata. nec sororibus

quidem suis de se merentibus opem salutarem ferre. at ne uidere eas quidem omnino
posset nec lauacro nec cibo nec ulla deniq; refectione recreata. flens ubertim decessit
ad somnum nec mora cũ paulo maturius lectũ maritus accubans: eamq; etiã nũc la
chrymantẽ complexus sic expostulat hiccine mihi pollicebare psyche mea: quid iam
de te tuus maritus expecto: quid spero: & perfida: & per nox: nec inter amplexus cõ
iungalis desines cruciatus. Age iam nũc ut uoles. & animo tuo damnosa poscenti pa
reto. tamẽ memineris meæ seriæ monitionis cũ ceperis sero pænitere. Tũc illa preci
bus: & dũ se moriturã cõminatur extorquet a marito cupitis annuat: ut sorores uide
at. luctus mulceat. ora conferat. Sic ille nouæ nuptæ precibus ueniam tribuit & insu
per quibuscunq; uellet: eas auri: uel moniliũ donare concessit. Sed identidẽ monuit:
ac sępe terruit: nequando sororũ pernicioso consilio suasa de forma mariti quærat ne
ue se sacrilega curiositate: de tanto fortunarũ suggestu pessũ deiiciat. nec suũ postea
contingat amplexũ. gratias egit marito. Iamq; lætior animo sed prius inquit senties
moriar: q̃ tuo isto dulcissimo cõnubio caream. Amo enim: & efflictũ te quicũq; es di
ligo. atq; ut meum spiritum. nec ipsi cupidini comparo. sed istud etiam precibus me
is oro largire: & illi tuo famulo precipe zephyro simili uecturo sorores hic mihi sistat
& ĩprimẽs oscula suasoria: & ĩgerẽs uerba mulcẽtia. & iũgẽs mẽbra cohibẽtia hic ẽt
blãdit9 astruit. Mi mellite: mi marite. tuæ psyches dulcis aĩa ĩ hac potestate ueneris
usurus ĩuit9 succũbit marit9. & cũcta se facturũ spopõdit. Atq; ẽt luce ꝓximãte: de
manib9 uxoris euãuit. At ille sorores pcõtatæ scopulũ. locũq; illũ quo fuerat psyche
deserta. festinantur adueniũt. ibiq; deflebãt oculos. & plangebant ubera quo ad cre
bris eorũ eiulatibus. saxa cautesq; parilẽ sonũ resultarent. Iamq; nomine proprio so
rorẽ miserã ciebãt. quo ad sono penetrabili uocis ululabilis per ꝓna delapsæ. amẽs
& trepida psyche ꝓcurrit e domo. Et quid inqt uos miseris lamentationibus ne quic
q̃ effligeris: quẽ lugetis. ad sum. legubres uoces desinite & diutinis lachrymis ma
dentes genas siccate. Tandem quippe cũ iam possitis. quam plangebatis amplecti.
Tunc uocatũ Zephirũ præcepti maritalis amonet. Nec mora. cũ ille parens ĩperio:
statim clementissimis flaribus. innoxia uectura deportat illas. Iã mutuis amplexi
bus. & festinantibus sauiis sese perfruuntur. & ille sedatæ lachryme postliminio re
deunt. ꝓlectãte gaudio. sed & rectum inqt & larem nostrum lætæ succedite. & affli
ctas animas cũ psyche uestra recreate: Sic allocuta. summas opes domus aureæ lo
cumq;. seruiẽtiũ populosam familiam auribus earũ. lauacroq; pulcherrimo & ĩhũa
ne mensę lautitus eas opipare reficit. ut illarũ prorsus cęlestium diuitiarum copiis af
fluentibus satiatæ. iã præcordiis penitus nutrirent inuidiam. Deniq; altera earũ satis
scrupulose. curioseq; percõtari nõ desinit. quis illarũ rerum cælestiũ dominus. quisue
uel qualis ipsius sit maritus. Nec tamẽ psyche coniungale illud preceptum ullo pa
cto temerat. uel pectoris arcanis exigit. sed e re nata confingit esse iuuenẽ quandam.
& speciosum commodum lanostiũ barbitio genas inumbrante. plerumq; rurestri
bus & montanis uenatibus occupatum. & neq; sermonis precedentis labe consilium
tacitum proderetur auro facto gemmosisq; monilibus onustas eas. statim uocato za
phyro tradit reportãdas. quo ꝓtinus ppetrato. sorores egregie domum redeuntes.
Iamq; gliscentis inuidie felle flagrantes. multa secum sermonibus mutuis perstrepe
bant. Sic deniq; infit altera. En orba & sæua & iniqua fortuna. hiccine tibi cõplacuit.
ut utroque parente ꝓgnate diuersam sorte sustineremus: & nos q̃dẽ q̃ natu maiores

sumus: maritis aduenis ancillę deditæ: extorres & lare: & ipsa patria degamus longe parentū uelut exulantes. Hic aūt nouissima quā fętu satiāte postremus ptus effudit tantis opib⁹ & deo marito potita quæ nec uti recte tanta bonoꝝ copia nouit. Vidisti soror quāta in domo iacēt & qualia monilia: quæ prænitēt uestes: quæ splenditāt gēmæ quātū præterea passim calcatur aurū quod si maritū ēt tam formosū tenet: ut affirmat. nulla nūc in orbe toto fælicior uiuit fortassis tamen ꝓcedente consuetudine: & ad fectionē roborata: deāq; quoq; illā de⁹ maritus efficiet. Sic ē hercules sic se gerebat. ferebatq;. Iam iā sursū respicit. & deam spirat mulier quæ uoces ancillas habet: & uentis ipsis impat. At ego misera primū patre meo seniorē matitum sortita sū. dei cucurbita caluiorē & quouis puero pusiliorē cunctā domū serris & catenis obditam custodientem suscipit alia. Ego uero maritū articulari etiā morbo cōplicatū curuatūq; ac per hoc rarissime uenerem meam recolentē sustineo plerūq; detortos & duratos in lapidē digitos eius perfricans fomentis olidis & pannis sordidis & fetidis cataplasmatibus manus tam delicatas istas adurens nec uxoris officiosā faciē. sed medice laboriosam personam sustinens. Et tu quidē soror uideris q̄ patienti uel potius seruili dicam enim libere quod sentio. hic perferas animo eniuero ego nequeo sustinere ulterius tā beatam fortunā collapsā indigne recordare enim q̄ superbe. q̄ arroganter nobiscum egerit & ipsa iactatione i modicæ ostentationis tumētē suū prodiderit animū deq; tantis diuitiis exigua nobis inuita proiecerit confestimq; presētia nostra grauata propelli & efflari exihilariq; nos iusserit. Nec sum mulier: nec omnino spiro: nisi eam pessum de tantis opibus deiecero. Ac si tibi etiam ut par est inacuit. nostra contumelia: consiliū ualidū ambæ requiramus. Iamq; ista que ferimus non parentibus nostris. ac nec ulli demonstremus alii imo nec omnino quicq̄ de eius salute norimus sat est: q; ipse uidimus quæ uidisse penituit nedū ut genitoribus & omnibus populis tā beatū eius differamus preconiū. Nec sunt enī beati quoꝝ diuitias nemo nouit: sci et se nno ancillas sed sorores habere maiores. Et nunc quidē concedamus ad maritos & lares pauperes nostros. sed plane sobrios reuisamus deniq; cogitationibus pressioribus instructæ ad superbiam puniendā firmiores redeamus placet pro bono duab⁹ malis: malū cōsiliū totisq; illis tam preciosis muneribus abscunditis comā trahentes: & pinde ut merebātur ora lacerātes. simulatos redintegrāt flet⁹. Ac sic parētes quoq; redulcerato prorsus dolore raptim deterentes. uesania turgide domus suas contendunt dolum scelestū imo uero parricidiū struentes contra sororem insontem. Interea Psychen maritus ille quē nescit rursum suis illis nocturnis sermonibus sic cōmonet uides ne quātū tibi periculū uelitatur fortuna eminus. Ac nisi longe firmiter precaues mox cominus congredietur perfide lupulæ magnis conatibus nefarias insidias tibi comparant quaꝝ sūma est: ut te suadeant meos explorare uultus quos ut tibi sæpe prædixi non uidebis si uideris. Ergo igitur si posthac pessimæ illæ lamiæ noxus animis armatæ uenerint uenient aūt scio neq; omnino sermonem conferas & si id tolerare pro genuina simplicitate proq; animi tui teneritudine non potueris certe de marito nil quicq̄ uel audias uel respondeas. Nam & familiā nostrā iā propagabimus & hic adhuc infantulus uterus gestat nobis infantem alium sed texeris nostra secreta silentio diuinū si prophanaueris mortalem nuntio. Psyche leta florebat & diuine sobolis solatio plaudebat & futuri pignoris gloria gestiebat & materni nominis dignitate gaudebat crescentes dies & mēses exeuntes anxia numerat: & sarcinæ nescia rudi

menta miratur de breui punctulo tantū incremētulū locupletis uteri: Sed iā pestes illę teterrimeq; furiæ anhe lantes uipereū uirus & festinantes impia celeritate nauigabant. Tunc sic iterū momentarius maritus suā Psychen admonet. Dies ultimus & casus extremus & sexus infestus & sanguis inimicus iam sūpsit arma & castra cōmouit & aciē direxit & classicū psonauit iā mucrone destricto iugulū tuū nefariæ tuæ sorores petunt. Heu quātis urgemur cladibus. Psyche dulcissima tui nostriq; miserere religiosaq; cōtinentia domū maritū teq; & istū paruulum nostrū iminentis ruine infortunio libera nec illas scelestas fœminas quas tibi prius inter nociuū odiū & calcata sanguinis fędera sorores appellare nō licet uel uideas uel audias cū in more sirenū scopulo pminentes funestris uocibus saxa personabunt. Suscipit psyche singultu lachrimoso sermonē incertās: iam dudū quod sciam fidei atq; parciloquio meo perpendisti documēta nec eo secius adprobabitur tibi nūc ēt firmitas aī mei tu modo zephyro nostro rursū præcipe fungatur obsequio. & inuicē denegate sacrosanctę imaginis tuæ. redde saltē conspectū sororū p istos cinameos & undiq; pendulos crines tuos p teneras: & teretis & mei similes genat per pectus nescio quo calore feruidū sic in hoc saltem paruolo cognoscā faciē tuā supplicis anxiæ piis precibus erogatus germāi cōplexus indulge fructū & tibi deuote dicatæ que psyches aīam gaudio recrea nec quic q̄ amplius in tuo uultu reqro iā nil officiūt mihi. nec ipse nocturnę tenebræ teneo te meū lumē his uerbis & amplexibus mollibus decantatus maritus. lachrimasq; eius suis crinibus detergens facturū spopōdit & præuertit statim lumē nascentis diei. Iugū sororiū cōspo ſitæ factionis ne parētibus qdē uisis recta de nauib⁹ scupulū petūt illū præcipiti cū uelocitate nec uenti ferētis opte pręsentiā. licentiosa cō temeritate psiliunt in altū nec imemor Zephyrus regalis edicti. quis iuitus susceptas eas gremio spirantis aurę solo reddidit. At illę icōtatæ statim conferto uestigio domū penetrant cūplexeq; suā prędā. sorores noīe mentientes thesaurūq; penitus abditæ fraudis uultu lęto tegētes: sic adulant. Psyche. nō ita ut pridē paruula & ipsa iā mater es quantū putas boni nobis geris in ista perula: quantis gaudiis totā domū nostrā hylarabis o nos beatas q̄s in tantis aureis nutrimēta lętabūt. qui si parentū ut oportet pulchritudini responderit: prorsus cupido nascetur: Sic affectione simulata paulatim sororis iuadūt animū statimq; eas lassitudine uię sedibus refotas & balnearæ uaporosis fontibus curatas pulcherrime triclinio mirisque illis & beatis edulibus atque tuccetis oblectat. iubet citharam loq psallite tibias agere. sonatur choros canere. cantatur quæ nullo presente cūcta dulcissimis modulis aīos audientiū remulcebant. Nec tamē scelestarū feminarū nequitia uel ipsa mellita cantus dulcedine mollita cōquieuit. Sed ad destinatā fraudiū pedicā sermones cōferētes dissimulāter occipiūt sciscitari q̄lis ei maritus & unde noctaliū sectacula pueniret. Tūc illa simplicitate nimia pristini sermonis oblita nouū cōmētū instruit. Aitque maritū suū de prouincia pxima magnis pecuniis negociantē iā mediū cursū etatis agere. interspersū rara canicie. ne in sermone isto tātillū morata rursum opiparis muneribus eas honustas uentoso uehiculo reddidit. Sed dū zephyri trāqllo spū sublimatæ domū redeunt: sic secum altricātes quid soror dicimus de tam monstroso fatuę illius mendatio tunc adolescens modo florenti lanugine barbā instruēs nūc etate media candēti canicie lucidus quis ille quē tēporis modici spaciū repētina senecta reformauit: nil aliud reperies mi soror: quā uel mēdaciū istā pessimā feminā cōfringere. uel formā mariti sui nescire quorū utrū uerum

est:opibꝰ istis q̃ primũ exterminãda ẽ quod si uiri sui faciẽ ignorat. deo pfecto denu
psit. deũ nobis pregnatione ista gerit certe si diuini puelli quod absit: hæc mater erit.
stati me laqueo nexili suspendã. Ergo interim ad parentes nostros redeamus: & exor
dio sermõis huiꝰ cõcolores fallatias adtexamus. Sic inflãmatæ parentibꝰ fastidiẽter
appellatis & nocte turbatis uigiliis pdite matutino scupulũ puolant & inde soliti uẽ
ti præsidio uehemẽter deuolãt lachrymisq; præsura palpebrarꝫ coactis hoc astu puel
lã appellãt. Tu quidẽ felix & ipsa tãti mali ignorãtia beata sedes incuriosa piculi tui:
Nos aũt quæ puigili cura rebꝰ tuis excubamꝰ. cladibꝰ tuis miserere cruciamur. Pro
uero nãq; cõpimus nec te sotiæ scilicet doloris casusq; tui celare possumus. Immanẽ
colubrã multinodis uoluminibꝰ serpentẽ ueneno noxio colla sanguinantẽ hiantẽ in-
gluuie: pfũda tecũ noctibꝰ latenter acqescere nũc recordare sortis pythicę quæ te tru
cis bestiæ nuptiis destinatã esse clamauit & multi coloni quiq; circũ secus uenãtur: &
accolæ plurimi uidere eũ uespera rediũtẽ e pastu. pximiq; fluminis uadis ĩnatãtẽ nec
diu blãdis alimoniarꝫ obseqis te saginari oẽs affirmãt: sed cũ primũ pregnationẽ tuã
plenus maturauerit uterus opimiore fructu prædirã deuoraturũ. At hic iã tua ẽ exi-
stimatio utrꝫ sororibꝰ p tua cara salute sollicitis adsentiri uelis. & declinata morte no
biscũ secura piculi uiuere. An sęuissime bestiæ sepeliri uisceribꝰ: quod si te ruris huius
uocalis solitudo uel clandestine ueneris fetidi periculosiq; cõcubitus & uenenati ser-
pentis amplexus delectant: certe pie sorores nostrũ fecerimus. Tũc psyche misella ut
pote simplex & aĩ tenella rapitur uerborꝫ tã tristiũ formidĩe extra terminũ mẽtis suę
posita prsus oĩm mariti mõitionũ suarꝫ quæ pmissionũ memoriã effudit & in pfun-
dũ calamitatis sese precipitauit. tremensq; & exãgui colore lurida tertiata uerba: se-
miaĩ uoce substrepens sic ad illas ait. Vos quidẽ carissime sorores ut par erat in of
fitio uestræ pietatis pmanetis uerũ & illi q̃ talia uobis affirmant: nõ uidẽtur mihi mẽ
daciũ fingere nec enim unq̃ uiri mei uidi faciem uel omnino cuiatis sit noui sed tantũ
nocturnis subaudiens uocibꝰ maritũ incerti status & prsus Lucifugã tolero. bestiã-
q; aliquã recte dicentibꝰ uobis marito consentio. neq; magnopere semp a suis terret
aspectibus malũq; grãde de uultus curiositate preminatur. Nũc si quã salutarẽ opẽ
periclitanti sorori uestræ potestis afferre iã nũc subsistite cæterꝫ incuria sequens prio-
ris prouidentiæ beneficia corrumpit. Hũc nacte iã portis patẽtibus nudatũ sororis
aĩm facinorosę mulieres omissis tecte machinæ latibulis destrictis gladiis fraudãtiũ
simplicis puellæ pauẽtes cogitationes ĩuadũt. sic deniq; altera. Quoniã nos ori-
ginis nexus p tua incolumitate piculũ quidẽ ullũ ante oculos habere cõpellit uiã que
sola deducit iter ad salutẽ diu diuq; cogitatã monstrabimus tibi. Nouaculã preacutã
ad pulsũ etiã palmule lenientis exasperatã tori qua parte cubare consuesisti latenter Paula-tim
absconde lucernãq; cõcinnem completã oleo claro lumine premicantẽ subde aliquo
cladentis aulule tegmine omniq; isto apparatu tenacissime dissimulato. postq̃ sulca
tos intrahẽs gressus cubile solitũ concederit. iamque porrectus & exordio somni præ
mentis iplicitus altum saporẽ flare ceperit: toto delapsa nudoque uestigio pensilem
grandũ pullulatim minuens cæce tenebræ custodia liberata lucerna: præclari tui faci
noris opportunitatẽ de luminis consilio mutuare. & ancipiti telo illo. audaciter pri-
us dextera sursum elata: nisu q̃ ualido noxii serpentis nodũ ceruicis & capitis abscide
nec nostrũ tibi deerit subsidiũ. sed cũ primũ illius morte salutẽ tibi feceris: anxiæ prę
stolbimur. cunctisque istis sotiis tecum relatis uotiuis nuptiis hominem te iũgemꝰ

hoi. Tali uerbo℞ incendio flāmata uiscera sororis iā ꝑrsus ardentis deserētes. ipse ꝑ tinus tāti mali cōsiniū sibi etiā eximie metuentes flatis alitis ipulsu solito porrectę su per scopulū ilico pnici se fuga ꝓripiūt. Staticꝫ cōscensis nauibus abeūt. At psyche re licta sola nisi quod ifestis furiis agitara sola nō est: æstu pelagi simile merendo fluctu at & quis statuto cōsilio & obstinato aīo iā tū facinorosas manus admouens: adhuc i certa cōsilii titubat multisqꝫ calamitatis suæ distrahitur affectibꝫ festinat: differt. au det. trepidat: diffidit. irascitur. & qd ē ultimū in eo dē corpe odit bestiā: diligit mari tū uespa tamē iā nocte trahēte pręcipiti festinatione nefarii sceleris instruit apparatū Nox aderat & maritus aderat. primisqꝫ ueneris preliis uelitatus altū soporē descende rat. Tūc psyche & corporis & aī alioqn infirma fati tamē seuitia subministrante uiri bꝫ roboratur. & ꝓlata lucerna: & arrepta nouacula sexū audacia mutauit: sed cū pri mū luminis oblatione tori secreta claruerūt: uidet oīum fera℞ mitissimā dulcissimā qꝫ bestiā ipsum illū cupidinē formosū deū formose cubantē. cuius aspectu lucernæ quoqꝫ lumē hylaratū increbruit & acuminis sacrilegi nouacula pręnitebat. At uero Psyche tanto aspectu deterrita. & impos aī marcido pallore defecta tremensqꝫ dece dit i imos poplites. & ferrū querit abscōdere. sed in suo pectore quod ꝑfecto fecisset: nisi ferrū timore tāti flagitii manibus temerarię delapsū euolasset. Iamqꝫ lassa salute defecta: dū sæpius diuini uultus intuetur pulchritudinē recreatur aī uidet capitis au rei genialē cesariē ambrosia temulentā. ceruices lacteas genasqꝫ purpureas perrantes criniū globos decoriter ipeditos alios ante pendulos alios retro pendulos quo℞ splē dore nimio fulgurante & ipsū lumē lucerne uacillabat. ꝑ humeros uolatilis dei pin næ roscidæ micāti flore candicāt. & quāuis aliis qescentibus extimæ plumulę tenellę ac delicate tremule resultantes quiete lasciuiunt cæte℞ corpus glabellū atqꝫ luculētū & quale peperisse uenerē nō penitet. Ante lectuli pedes iacebat arcus & pharetra: & sagittæ magni dei propitia tela quæ dū insatiabili aīo psyche satis curiosa rimatur at qꝫ pertractat & mariti sui miratur arma: depromit unā de faretra sagittā & pūcto po licis extremā aciem periclitabunda trementis etiā nūc articuli nisu fortiore pupugit altius. ut per sūmam cutē rorauerint paruulæ sanguinis rosei guttę sic ignara psyche sponte in amoris incidit amorē. Tūc magis magisqꝫ cupidine flagrans cupidinis pro na in eū efflicti inhians patulis ac petulantibus sauiis festināter ingestis de sōni men sura metuebat. sed dū bono tāto pcita. saucia mente fluctuat lucerna illa siue pfidia pessima siue inuidia noxia siue quod tale corpus contingere & quasi basiare & ipsa ge stiebat euomuit de summa luminis sui stillā feruētis olei. super humerū dei dextrū. Hem audax & temeraria lucerna & amoris uile ministeriū ipsū ignis totius deū ad uris: cū te. s. amator aliquis ut diutius cupitis etiā nocte potiretur. primus inuene rit. sic iniustus exiluit deus uisaque detectę fidei colluuie prorsus ex oculis & mani bus infœlicissimæ coniugis tacitus auolauit. At psyche statim resurgentis eius crure dextro manibus ambabus arrepto sublimis euectionis appendix miseranda & ꝑ nu bilas plagas penduli comitatus extrema consequia tandem fessa delabitur solo. nec deus amator humi iacentē deserens inuolauit ꝓximā cupressū: deque eius alto cacu mine sic eam grauiter cōmotus affatur. Ego quidē simplicissima psyche parentis meæ ueneris precepto℞ imemorque te miseri extremique hoīs deuinctam cupidine. infimo matrimonio addici iusserat ipse potius amator aduolaui tibi. Sed hic feci le uiter scio. & pręclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi teque coniugem meā

Pulchrytudo

feci: ut bestia scilicet tibi uiderer: & ferro caput excideres meũ: quod istos amatores tuos oculos gerit. Hic tibi idẽtidẽ semp cauenda censebã. Hic beniuole remonebã: sed illę quidẽ cõsiliatrices egregieæ tuæ tã pniciosi magisterii dabũt actutũ mihi pœnas te uero tãtũ fuga mea puniuero & cũ termino sermonis pinnis in altũ se ꝓripuit. Psyche uero humi ꝓstrata: & quãtũ uisu poterat. uolatus mariti ꝓspiciẽs. extremis affligebat lamentationibꝰ aium. Sed ubi remigio plumæ captu maritũ ꝓceritãs spatii fecerat alienũ: ꝑ proximi fluminis marginẽ præcipitẽ sese dedit. : Sed mitis fluuiꝰ in honorẽ dei. s. qui & ipsas aquas urere cõsueuit metuẽs sibi. cõfestim eã innoxio uolumine super ripã florentẽ herbis exposuit. Tunc forte pan deus rusticus iuxta super superciliũ amnis sedebat. cõplexus hic humo canã deã eãq; uoculas oĩmodas edocẽs retinere ꝓxime ripã uago pastu lasciuiũt comã fluuii tondentes capellę hirtuosus deus sauciã psychen atq; defectã. utcũq; casus eius nõ inscius dementer ad se uocatã: sic ꝑmulcet uerbis lenientibꝰ. Puella scitula sũ quidẽ rusticanus & opilio. sed senectutis ꝓlyxe beneficio multis expimentis instructus. Verũ si recte cõiecto quod ꝓfecto prudentes uiri diuinationẽ autumãt: ab isto titubante. & sępius uacillante uestigio: deq; nimio pallore corpis & assiduo suspiratu imo & ipsis mentibus oculis tuis amore nimio laboras. Ergo mihi ausculata nec te rursus pręcipitio uel ullo mortis accersito te genere perimas luctũ desine & pone mærorẽ precibusq; potius cupidinẽ deorũ maximũ percole & utpote adolescentẽ delicatũ luxuriosũq; blandis obsequiis ꝓmerere sic locuto deo pastore nullo sermone reddito. sed adorato tãtũ nomine salutari: psyche pgit ire. Sed anteq̃ multũ uiæ laboranti uestigio perrasset inscio quodam tramite iã delabente accedit quandã ciuitatẽ in q̃ regnũ maritus unius sororis eius obtinebat. Qua re cognita psyche nũtiari præsentiam suam sorori desiderat mox inducta alternis amplexibus mutuæ salutationis expletis percontanti causas aduentus sui sic incipit. Meministi consilium uestrum scilicet quo mihi suastis ut bestiã quę mariti mentito nomine mecũ quiescebat prius q̃ ingluuie uoraci me misellam hauriret ancipi nouacula pimerẽ. sed cũ primũ ut æque placuerat. cõscio lumine uultus eiꝰ aspexi: uideo mirũ diuinũq; prorsus spectaculum ipsum illũ deæ Veneris filiũ. ipsũ inq̃ cupidinẽ leni quiete sopitũ. Ac dũ tanti boni spectaculo pcita & nimia uoluptatis copia turbata fruendi laborarem inopia: casu scilicet pessimo. Lucerna feruens oleum rebulliuit in eius humerũ quo dolore stati somno recussus ubi me ferro & igni conspexit armatam tu quidem inquit ubi istud tam dirum facinus confesti toro meo diuorte tibique res tuas habeto ego uero sororem tuam & nomen quo tu censeris aiebat. Iam mihi confestim arra atq; hiis nuptiis coniugabo & statim zephyro præcipit ultra terminos me domus eius efflaret. Necdum sermonem psyche finierat illa uesanæ libidinis & inuidiæ noxiæ stimulis agitata præconcinato mendatio fallens maritum quasi de morte parentum aliquid comperisset statim nauem ascendit & ad illũ scopulum protinus pergit & q̃uis alio uento flante cæca spe tamen inhiãs accipe me dicens cupido dignam te coniugem & tu zephyre suscipe dominam. Saltu se maximo precipitem dedit nec tamen ad illum locum uel saltem mortua peruenire potuit Nam per saxa cautium menbris iactatis: atq; dissipatis & perinde ut merebatur laceratis uisceribus suis alitibus bestiisq; obuium ferens pabulum interiit. Nec uindicte sequentis pœna tardauit nam psyche errabundo rursus gradu peruenit ad ciuitatem aliã in q̃ pari modo soror morabatur alia nec secius & ipsa fallaciæ germanitatis

inducta: & in sororis sceleratas nuptias æmula festiauit ad scopulũ. Inq; simile mor
tis exitiũ cecidit. Interim dũ psyche quæsitioni cupidinis intẽta populos circuibat.
At ille uulnere lucerne dolẽs in ipso thalamo matris iacẽs ingemebat. Tũc auis palba
illa grauia que super fluctus marinos pinnis natat demergit sese ꝓpere ad oceani pro
fundũ gremiũ ibi cõmodũ Venerẽ lauantẽ natantẽq; ꝓpter assistens indicat adustũ
filiũ eius graui uulnere dolore mœrentẽ dubiũ salutis iacere: Iãq; pcũctoꝝ ora po/
puloꝝ rumoribus cõuitisq; uariis oẽm Veneris familiã male audire q̃d ille pdẽ mon/
tão scortatu tu uero mario natatu secesseritis. Ac p hoc nõ uoluptas illa nõ gratia nõ
lepos. sed incõpta & agrestia & horrida cũcta sint nõ nuptiæ cõiugales nõ amicitiæ so
ciales. nõ liberũ caritates. sed enormis gluuies & squalentiũ fœdeꝝ insuaue fastidiũ.
hic illa uerbosa & satis curiosa auis in auribus Veneris filium lacerans existimationẽ
gãniebat. At uenus irata solidũ exclamat repẽte. ergo iã ille bonus filius meus hẽt a/
micã aliquã: ꝑ me age tu quæ sola mihi seruis amãter nomẽ eius quæ pueꝝ ingenuũ
& inuestẽ sollicitauit siue illa de nymphaꝝ populo: seu de deaꝝ nũero. seu de musaꝝ
choro: uel de meaꝝ gratiaꝝ ministerio. Nec loquar illa cõticuit auis. Sed nescio inq̃t
domina puto puellã. si ꝓbe memini. Psyches nõine dicitur efflicte cupere. Tũc indi/
Inue/stis gnata venus exclamauit uel maxime psychẽ illã meę formæ succubã: mei nois æmu
lã. uere diligit nimirũ illud incremẽtũ lena me putauit. cuius mõstratu puellã illã co
Succuba gnosceret. Hic queritãs ꝓperiter emergit a mari. suũq; ꝓtinus aureũ thalamũ petiit:
& reperto: sicut audierat ægroto puero iã inde a foribus q̃ maxime boans.

Prepe/riter Honesta inq̃t hic & natalibus nostris boneq; tuæ frugi congruẽtia: Vt primum
quidẽ tuæ parẽtis. immo dominæ præcepta calcares nec sordidis amoribꝰ ini/
micã meã cruciares. Verũ ẽt hoc ętatis puer tuis licentiosis & immaturis iũge/
res ãplexibus ut ego nurũ. s. tolerarẽ inimicã. sed utiq; pręsumis nugo & corruptor:
& inamabilis te solũ generosũ. nec me iã ꝑ ætatẽ posse cõcipere uelim ergo scias mul/
to te meliorẽ filiũ aliũ geniturã: immo ut cõtumeliã magis sentias aliquẽ de meis ado
ptaturam uernulis eiq; donaturã istas pinnas & flammas. & arcum & ipsas sagittas
& omnẽ meam supellectilẽ quam tibi non ad os usus dederam nec enim de patris tui
bonis ad instructionẽ istam quicq̃ concessum est: sed male prima pueritia inductus
es: & acutas manus habes & maiores tuos irreuerenter pulsasti totiens & ipsam ma/
trem tuam me inquam ipsam parricida denudas quotidie & percussisti sæpius & qua
si uiduam utique contemnis nec uictricum tuum fortissimum illum maximumque
bellatorem metuis quidni: cui sæpius in ãgorem mei pelicatus puellas propinare cõ/
suesti sed faxo te lusus huius pœniteat & sententias acidas & amaras nuptias istas.
sed nunc in risu habita quid agam: quo me conferam. quibus modis Stellionem i/
stum cohibeam petam ne auxilium ab inimica mea sobrietate. quam propter huius
ipsius luxuriam offendi sępius aut rusticę squalentisque fœminæ colloquium pror/
sus adhibendum est horresco nec tamen uindictæ solatium tantum spernendum est.
illa mihi prorsus adhibenda est nec ulla alia quæ castiget asperrime nugonem istum:
faretram explicet & sagittas dearmet arcum denodet tedam deflammet immo & ip/
sũ corpꝰ eiꝰ acrioribꝰ remediis coherceat. Tũc iniuriæ meæ litatũ crediderĩ cũ eiꝰ co/
go/ mas quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxi derasserim pinas. quas
u meo gremio nectare infõtis infeci prætotõderim. Sic effata foras sese ꝓripit iefesta. &

stomachata biles uenerias. sed eam ꝓtinus Ceres & Iuno comitantur. uisamq; uultu tumido quæsiuere. cur truci supcilio tantā uenustatē micantiū oculoꝝ coercceret. At illa opportuna inqt: ardēti ꝓrsus isto meo pectori. uiolentiā. s. perpetraturæ uenitis Sed totis oro uestris uiribus Psychē illam fugitiuā uolaticā mihi reqrite. nec. n. uos utiq; dom9 meę famosa fabula: & nō dicēdi filii mei facta latuerūt. tunc ille ignaræ q̄ gesta sunt. palpare Veneris irā sæuiētē sic adortæ. Quid tale domina deliqt tuus filius: ut aio puicaci uoluptates illius ipingues. & quā ille diligit: tu quoq; pdere gestias. qđ autē oramus: isti crimē si puellæ lepidæ libenter arrisit. An ignoras eū masculū & iuuenē eē. uel certe iā quot sit annoꝝ oblita es. An qđ ætatem portat bellule: Bellule puer tibi semp uidetur. mater autē tu & præterea cordata mulier: filii tui lusus semp explorabis curiose: & in eo luxuriē culpabis: & amores reuices: & tuas artes tuasq; delicias in formoso filio reprehēdes. quis aūt te deū: qs hoīum patietur passim cupidines populis disseminātē. cū tuæ domus amores amare coerceas: & uitioꝝ muliebriū publicā præcludas officinā. sic ille metu sagittaꝝ patrocinio glorioso cupidini quāuis absenti blandiebātur. Sed Venus indignata ridicule tractari suas iniurias: præuersis illis: alterursus cōcito gradu pelago uiam capessit.

Eiusdem liber sextus de asino aureo.

INnterea Psyche uariis iactabatur discursibus: dies noctesq; mariti uestigationibus inqeta: animo tāto cupidior: & iratū licet: si nō uxoris blanditiis lenire: certe seruilib9 precib9 ꝓpiciare. & ꝓspecto tēplo quodā in ardui mōtis uertice: unde aūt inqt scio. an istic meus degat domin9. & illico dirigit citatū gradū. quē defectū ꝓrsus assiduis laborib9 spes incitabat & uotū. Iāq; grauiter emēsis cælsioribus iugis: puluinaribus sese ꝓximā intulit. uidet spicas frumentarias in aceruo: & alias flexibiles in corona: & spicas ordei uidet. erant & falces: & opæ messoriæ: modus omnis. sed cūcta passim iacētia: & incuria cōfusa: & ut solet æstu: laborantiū manib9 ꝓiecta. hic singula Psyche curiose diuidit. & discretim remota: rite cōponit rata scilicet nullius dei fana cerimonis negligere se debere. sed omniū beniuolā misericordiā corrogare. hic eā sollicite seduloq; curantē Cæres alma deprehendit: & lōgum exclamat ꝓtinus A psyche miserāda: totum p orbē Venus: anxia disquisitiōe: tuum uestigiū: furēs animi reqrit. teq; ad extremū suppliciū expetit: & totis numinis sui uiribus ultionē flagitat. Tu uero rerū meaꝝ tutelā nunc geris. & aliud q̄cuā cogitas: nisi de tua salute. Tūc Psyche pedes eius aduoluta. & uberi fletu rigās deæ uestigia. humūque uerrēs crinib9 suis. multis iugis precib9 æditis ueniā postulabat. Per ego te frugiferā tuā dexterā istā deprecor: plætificas messiū cerimōias. p tacita secreta cistarū & p famuloꝝ tuoꝝ draconū pinnata curricula & glebæ siculæ sulcamina: & currū rapacē. & terrā tenacē. & illuminarū ꝓserpinæ nuptiaꝝ demeacula. & luminosaꝝ Demeacula filiæ inuentionum remeacula. & cætera quæ silentio tetigit eleusis attice sacrarium. a Remacul miserandę Psyches animę supplicis tuæ subsistere. Inter istam spicarum congeriem patere. uel pauculos dies delitescam. quoad deæ tantæ seuiens ira spatio temporis mitigetur. uel certe meæ uires diutino labore fessæ. quietis interuallo leniatur. Suscipit Cæres tuis quidem lachrymosis precibus & commoueor. & opitulari cupio. sed cognatæ meæ. cū q̄ etiam antiquū fœdus aicicie colo. bonæ præterea feminę. malū gratiā subire neq̄o. decede itaque istis ędib9 ꝓtin9. & q; a me retēta. custoditaq; nō

fueris: optimi cōsule. Cōtra spem suā repulsa Psyche: & afflicta duplici mæsticia: iter retrorsum porrigens inter subsitæ couallis sublucidū lucū prospicit fanū: sollerti fabrica structū. nec ullā: uel dubiā: spei melioris uiā uolens omittere: sed adire cuiuscūq; dei ueniā: sacratis foribus ꝓximat. uidet dona speciosa & lacinias auro litteratas ramis arborū: postibusq; suffixas. quæ cū gratia facti nomē deæ cui fuerāt dicata testabātur. Tūc genu nixa: & manib9 arā rapētē āplexa: detersis ante lachrymis. sic ad precatur. Magni Iouis germana: & coniuga. siuem tu sami qui querula partu:

Iuno uagituque: & alimonia tua gloriatur: tenes uetusta delubra: siue celsę carthaginis: quæ te uirginem: uectura leonis: cælo cōmeantē ꝑcolit: beatas sedes frequētas: siue prope ripas Inachi q̄ te iam nuptā tonantis & reginā deaꝝ mēorat: inclytis Argiuoꝝ præsides mœnibus. q̄ cunctus oriēs Zygiā ueneratur. & oīs occidēs lucinā appellat. sis meis extremis casibus Iuno sospita. meq; in tantis exanclatis laboribus defessam. iminentis periculi metu libera. quod sciā soles prægnantibus piclitantibus ultro sub uenire. A tistum modū supplicāti statim sese Iuno cū totius sui numinis augusta dignitate præsentat. & ꝓtinus: quā uellē inqt perfidē nutū meū precibus suis accommodare. sed contra uoluntē Veneris: nurus meæ: quā filiæ semp dilexi loco. præstare me pudor nō sinit. tūc etiā legibus. quæ seruos alienos ꝓfugos inuitis dominis uetāt suscipi: ꝓhibeor. Isto quoq; fortunæ naufragio Psyche perterrita: nec indipisci iā maritum uolatilē qens. tota spe salutis deposita: sic ipsa suas cogitationes cōsuluit. Iā q̄ possunt alia meis ærumnis tēptari uel adhiberi subsidia: cui nec deaꝝ qdē. q̄q̄ uolētiū potuerūt ꝓdesse suffragia. quo rursum itaq; tantis laqueis inclusa uestigiū porrigā. qbusq; rectis: uel etiā tenebris abscōdita magnæ Venaris ineuitabiles oculos effugiā: qn igit᷑ masculū tandē sumis animū. & cassæ speculæ renuntias fortiter. & ultro neā te dominæ tuę reddis. & uel sera modestia sęuientes īpetus eius mitigas. q̄ scias. ad etiā: quē diu quæritas: illic ī domo matris repias. Sic ad dubiū obsequm. imo ad certū exitiū: prepata. pricipiū futurę secū meditabatur obsecratiōis. At Venus terrenis remediis inq̄sitionib9 abnuēs. cęlū petit. iubet cōstrui currū. quē ei Vulcanus subtili fabrica studiose poliuerat. & āte thalami rudimētū. nuptiale munus obtulerat. lunæ tenuantis detrimēto cōspicuū. & ipsius auri dāno preciosū. de multis q̄ circa cubiculū dominę stabulāt. ꝓcedūt quattuor cādidę colubę. & hylaris incessibus picta colla torquētes. iugū gēmeū subeūt. Susceptaq; domina lętę subuolāt. currū dęę ꝓsequētes. gannitu cōstrepēti lasciuiūt passeres. & cęterę quę dulce cāticāt aues. melleis modulis suaue resonātes. aduētū deę ꝓnūtiāt. cedūt nubes. & cælū filiæ pan ditur. & summus ęther cū gaudio suscipit deā. nec obuias aqlas. uel accipitres rapaces. ꝑtimescit magnę Veneris canora familia. Tūc se ꝓtinus ad regias Iouis arces dirigit. & petitu superbo Mercurii dei uocalis ope necessariā usurā postulat. nec rēuit. Iouis cerulum superciliū. Tūc ouans ilico. comitante etiam Mercurio. Venus cęlo demeat. eiq; sollicite serit uerba. Frater Arcadi. scis nēpe sororem tuam Venerem sine Mercurii præsentia. nil unquā fecisse. nec te præterit utique. q̄to iam tempore delitescentem ancillam nequiuerim reperire. Nil ergo superē. q̄ tuo pręconio premio inuest gationis publicitus edicere. Fac ergo mādatū matures meū. & indicia qb9 possit cognosci māifeste designes. ne si qs occultatōis illicitę crimē subierit: ignorātiæ se possit excusatione defendere & simul dicēs libellum ei porrigit. ubi Psyches nomen continebatur & cætera quo facto protinus domum secessit. Nec Mercurius omisit

obsequium. Nā p oīum ora populorū passim discurrēs: sic mādatæ prædicationis munus exequebatur. Si qs a fuga retrahere. uel occultā demōstrare poterit fugitiuā regis filiā: Veneris ancillā: nomīe Psychen: cōueniat retro metas murtias. Mercuriū prædicatorē. accepturus indicii nomine. ab ipsa Venere. vii. sauia suauia: & unū blā dientis adpulsum linguę longæ mellitū. Ad huncmodū pnunciante Mercurio tāti pręmii cupido: certatim oīum mortaliū studiū arrexerat. Quæ res nūc uel maxime sustulit Psychen omnē cōtationē: Iamq; fores eius dominæ pximāti: occurrit una de famulatiōe Veneris: noīe cōsuetudo statimq; quātū maxīe potuit exclamat. Tan dē ancilla nequissima dominā habere te scire cœpisti. An pro cætera morū tuoꝝ teme ritate: istud quoq; nescire te fingis: quātos labores circa tuas inqsitiōes sustinerimus. Sed bene: q meas potissimū manus incidisti. & inter orci cancros iā ipsos adhesisti: datura scilicet actutū cōtumaciæ tantæ pœnas & audaciter i capillos eius imissa ma nu. trahebat eā: nequaquā remitētē: qua ubi primū inductā. oblatāq; sibi conspexit Venus: lætissimū cachinnū extollit. & qualē solet furēter irati. caputq; quatiēs: & ad scalpēs aurē dexterā. Tādē inqt dignata es socrū tuā salutare. An potius maritū q uulnere tuo piclitatur: interuisere uenisti. Sed esto secuta secura. iā enim excipiā te. ut bonā nurū concedet. & ubi inquit sollicitudo. atq; tristities ancillæ meę. quibus intro uocatis: torquēdam tradidit eam. At illę sequētes herile preceptū. Psychen mi sellam flagellis afflictā: & cæteris tormentis excruciatā: iterū dominæ conspectui red dunt. Tunc rursus sublato risu Venus. Et ecce inqt nobis turgidi uentris sui leno cinio cōmouet miseratione: unde me præclara sobole. auiā beatā scilicet faciat: Fœlix uero ego. quæ in ipso ætatis meæ flore: uocabor auia. & uilis ancillæ filius: nepos Ve neris audiet. qq iepta ego: frustra filiū dicā: ipares eni nuptiæ: & præterea in uilla. si ne testibus: & patre nō cōsenciente: factæ: legitimæ nō possūt uideri. Ac per hoc spu rius iste nascetur. si tamē partū omnino pferre te patiemur. His editis inuolat eam. Nuptiæ uestemq; plurifariā diloricat. capilloq; discisso. & capite cōquassato: grauiter affligit. & accepto frumēto. & ordeo. & milio. & papauere. & cicere. & lēte. & faba. commix tisq; aceruatim: confusisq; i unum glomulū. sic ad illā: Videris eni mihi tā defor mis ancilla nullo alio. sed tantū sedulo ministerio. amatores tuos pmereri. Iā ergo & ipsa frugem tuā periclitabor. discerne seminū istorū passiuā congeriē. singulisque granis rite dispositis. atque seiugatis. ante istam uesperam opus expeditū approba to. mihi sic assignato tantorū seminū cumulo. ipsa cænæ nuptiali cōcessit. Nec Psy che manus admolitur inconditæ illi. & inextricabili moli. sed imanitate præcepti cō sternata. silens obstupescit. Tūc formicula illa puula. atque ruricula: certati difficul tatis tātæ: laborisque miserta. cōtūbernalis magni dei. socrusque sæuitiam execrata. discurrens gnauiter. cōuocat corrogatque cunctam formicarū accolarū classem.

Miseremini terræ omnipotētis agiles luminę. miseremini. & amoris uxori puellę lepide periclitanti. prompta uelocitate succurrite. Ruūt aliæ. supque alię. sepedū po puloꝝ unde. sūmoque studio. singulę granati totū digerūt aceruū. sepatique distri butis dissitisque generib9. e cōspectu pniciter abeunt. Sed initio noctis. e conuiuio nuptiali. uno madēs. & flagrās balsama Venus remeat. totūque reuincta corpus. ro sis micātib9. uisaque diligentia miri laboris. nō tuum inquit nequissima. nec tuarum manuū istd op9. sed illius. cui tuo. imo & ipsi9 malo. placuisti. & frustro cibarii pāis ei proiecto. cubitum facessit. Interi cupido solus. interioris domus unici cubiculi

custodia clausus: coercebat' acriter: parti: ne petulanti luxuriç uulnus grauaret. par
tim ne cũ sua cupita couẽniret. Sic ergo distinctis. & sub uno recto separatis amato
ribus. tetra nox exanclata. Sed aurora cõmodũ ineq̃tanti: uocatæ Psyche Venus in-
fit talia. Vides ne illud nemus: q d' fluuio præterluẽti: ripisqꝫ longis attenditur. cu
ius imi gurgites uicinũ fontem despiciũt: oues ibi nitẽtes: auriqꝫ colore florentes: in
custodito pastu uagantur. Inde de coma preciosi uelleris: flocum mihi cõfestim quo-
quo mõ quæsitũ afferas censeo. Perrexit Psyche uolenter: nõ obsequiũ quidẽ illa fun
ctatur: sed reqem maloꝝ precipitio fluuialis rupis habitatur. Sed inde de fluuio mu
sice suauis nutricula leni crepitu dulcis auræ: diuinitus inspirata: sic uaticinatur arũ-
do uiridis. Psyche tantis ærũnis exercita: neqꝫ tua miserrima morte meas sanctas
aquas polluas: nec uero cõtra formidabiles oues istius oræ feras aditũ: quoad de so-
lis flagrãtia mutuato calore: truci rabie solẽt efferri. cornuqꝫ acuto: & fronte saxea: &
nonnunq̃ uenenatis morsibus in exitium seuire mortaliũ. Sed dum meridies solis se
dauerit uaporẽ. & pecua spiritus fluuialis serenitate conqeuerint. poteris sub illa pro
cerissima platano: quæ mecũ simul unũ fluentum bibit: latenter te abscondere. & cũ
primũ mitigata furia laxauerit oues animũ: percussis frondibus attigui nemoris la-
nosũ aurũ reperies: qꝫ passim stipibus cõnexus obherescit. Sic arundo simplex & hu
mana. Psychen ægerrimã salutẽ suã docebat. Nec auscultatu pænitẽdo diligenter in
structa: illa cessauit. Sed obseruatis oĩbus furatrina facili: flauentis auri mollicie: cõ-
gressum gremiũ Veneri reportat. nec tamẽ apud dominã saltẽ secundi laboris peri-
culum secundũ testimoniũ meruit. sed cõtortis superciliis subridẽs amaꝝ: sic inquit.

Nec me præterit huius quoqꝫ facti auctor adulterinus. sed iã ꝓnũc ego sedulo pericli
tabor. an oppido forti aĩo. singulariqꝫ prudentia sis prædita uidesne insistẽtem celsis
simæ illi rupi montis ardui uerticẽ: de quo fontis atri fulcæ defluũt unde: Proximetqꝫ
cõceptaculo uallis inclusæ stygias irrigãt paludes. & pauca cocyti fluenta nutriunt.
Indidẽ mihi de summi fontis penita scaturigine. rorẽ rigentẽ hauritũ: ista cõfestim ꝑ
ferto urnula. Sic aiens: crystallo: dedolatũ uasculũ. insup ei grauiora cõminata tradi
dit. At illa studiose gradũ celerãs: mõtis extremum petit cumulũ certe uel illic inuitç
pessimæ finẽ. Sed cũ primũ prædicti iugi cõterminos locos appulit. uidet rei uastæ
lætalẽ difficultatẽ. Nãqꝫ saxũ immani magnitudine ꝓcerũ. & inaccessa salebritate lu
bricũ. mediis e faucibus lapidis. fontes horridos euomebat. q stati ꝓni foraminis la-
ciniis editi. perqꝫ ꝓcliue delapsi. & angusti canalis exerto cõtecti tramite. ꝓximã cõ-
uallẽ latẽter incidebãt. dextera leuaqꝫ cotibus cauatis ꝓserpunt. & lõga colla ꝓrecti
seui dracones incõuiuæ uigiliæ luminibus addictis. & ĩ perpetuã lucẽ pupillis excu-
bantibus. Iamqꝫ & ipse semet muniebãt uocales aquæ, Nã & discede. & quid facis. ui
de. & quid agis. caue. & fuge. & peribis. subinde clamãt. Sic ĩpossibilitate ipsa mu-
tata in lapidem Psyche. q̃uis præsenti corpore. sensibus tamẽ aberat. & ĩextricabilis
pericu le mole prorsus obruta. lachrymarũ etiã extremo solatio carebat. Nec proui
dẽtiæ bonæ graues oculos innocentis aĩæ latuit ærũna: Nã primi Iouis regalis anis
illa repẽte propansis utrĩqꝫ pinnis. affuit rapax aquila. memorque ueteris obsequii:
Pocil- quo ductu cupidinis Ioui pocillatorẽ Phrygiũ subtulerat. oportunã ferens opẽ. dei
ator que numen ĩ uxoris laboribus ꝑcolẽs. alti culminis diales uias deserit. & ob os puel
læ prçuolãs: ĩcipit. At tu simplex alioqn & expers reꝝ taliũ. sperasque te sanctissi
mi. nec minus truculẽti fontis. uel unã stillã posse furari. uel omnino cõtingere. diis

Gratulor igitur mihi. cum & ego tot & tantis uiris adnumeror. Cæterum quæ ab illis ad ostendendū crimē obiecta sūt. uana & inepta & simplciia uerear ne ideo tantum crimina putes ꝙ obiecta sūt. Cur inquid piscium quædā genera quæsisti. quasi id cognitionis gratia phō facere non liceat. qđ luxurioso gulæ causa liceret. Cur mulier libera tibi nupsit post annos. xiii. uiduitatis quasi non magis mirandū sit. quod tot annis non nupserit. Cur prius ꝗ tibi nuberet: scripsit nescio quid in epistola quod sibi uidebatur quasi quis ꝗ debeat causas alienæ sententiæ reddere. At enim maior natu non est iuuenem aspernata. igitur hoc ipsū argumentum est nihil opus magia fuisse ut nubere uellet mulier uiro uidua cælibi. maior iuniori. Iam & illa similia habet quidem apuleius domi. quod secreto colit. quasi non id potius crimen sit quod colas non habere. Cecidit præsente apuleio puer quid enim si iuuenis. quid si etiam senex adsistēte me corruisset. uel morbo corporis impeditus uel lubrico soli prolapsus. Hiscine argumentis magiā ꝓbatis. casu puerili. & matrimonio mulieris & obsonio pisciū. Possem equidē bono periculo. uel his dictis contentus perorare quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine largitur. atq; superest. cedo si uidetur singula cōsideremus. Atqui ego omnia obiecta seu uera. seu falsa sint non negabo. sed perinde atq; si facta sint fatebor. ut omnis ista multitudo ꝗ plurima undique ad audiendum couenit aperte intelligat. nihil in philosophos non modo uere dici. sed ne falso quidem posse confingi quod non ex innocentiæ fiducia ꝗuis liceat negare tamen habeant potius defendere. Primum igitur argumenta eorum conuincam. ac refutabo nihil ea ad magiam pertinere deinde etsi maxime magus forē tamen ostendam neq; causam ullam. neq; occasionem fuisse ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falso inuidia deque epulis mulieris perperam lectis & nequius interpretatis deque matrimonio meo ac pudentillæ disputabo. Idque a me susceptum officii gratia ꝗ lucri causa docebo: Quod quidem matrimonium nostrum Emiliano huic immane quanto angori quantæq; inuidiæ fuerit. Inde omnis huiusce accusationis obeundæ ira & rabies & denique insania exorta est. Quæ si omnia palam & dilucide ostendero. tunc denique te claudi maxime & omnis qui adsunt contestabor puerum illum Sicinium pudentem priuignum meum cuius obtentu & uoluntate a patruo eius accusor nuperrime curæ meæ ereptum postꝗ frater eius Pontianus natu maior & moribus melior diem suum obiit. atque ita in me ac matrē suam nefarie efferatum non mea culpa desertis liberalibus studiis ac repudiata omni disciplina

scelestis accusationis huius rudimentis: patruo Emiliano potius q̄ fratri Pontiano si milem futurę. Nūc institui ꝓficiscar ad oīa Emiliani huiusce deliramēta orsus ab eo qđ ad suspicitionē magiæ quasi ualidissimū in principio dici aīaduertisti: nonnulla me pisciū genera p quosdā piscatores precio quæsisse. Vtrū igitur horū ad suspectandā
Phrygiones magiā ualet ꝙ ne piscatores mihi piscē quæsierunt. s. ergo phrygionibus: aut fabris: negocium istud dandū fuisse. atq̃ ita opera cuiusq̃ artis permutanda si uellē calūnias uestras uitare: ut faber mihi piscē ut piscator mutuo lignū dedolaret. An ex eo intellexistis maleficio quæri pisciculos quod precio quærebantur. Credo si cūuiuio uellē gratis quæsissem. Quin igitur ēt ex aliis plerisq̃ me arguitis: nam sępenumero & uinum & holus & pomū & panē precio mutaui. Eo pacto cupediariis oīb9 famē decernis qs ab illis obsonare audebit. Si quidē statuitur: oīa edulia que depenso parantur: nō cœnæ: sed magiæ desiderari. Quod si nihil remanet suspicionis: neq̃ in piscatorib9 mercede inuitatis: ad quod solent ad piscem capiundū quos tamen nullos ad testimoniū ꝓduxere. Quippe qui nulli fuerunt: neq̃ in ipso precio rei uenalis. cuius tamen quātitatem nullā taxauere. Ne si mediocre precium dixissent cōtemneretur: si plurimum non crederetur: si in his ut dico nulla suspicio est: respōdeat mihi Emilianus: quo proximo signo ad accusationem magiæ sit inductus. Pisces inquit quæris: nolo negare: sed oro te: qui pisces quærit magus est. Equidem non magis arbitror: quā si leporem quærerem: uel apros uel altilia. An soli pisces habent aliquid occultum aliis: sed magis cognitum. Hoc si scis: quid sit: magus es profecto: sin nescis confitearis necesse est id te accusare: quod nescis. Tā rudis uos esse omnium litterarum: omnium denique uulgi fabularum: ut ne fingere quidem possitis ista uerisimiliter: quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus & frigidus: aut omnino res pelago quæsita. nisi forte hoc uos ad mendacium induxerit quod Venus dicitur pelago exorta: audi sis tam non impudens q̄ multa nesciens: qui de piscibus argumentum magiæ recepisti. At si Vergilium legisses: profecto scisses alia quæri ad hanc rem solere. Ille enī quātū scio enumerat uittas mollis & uerbenas pīguis: & thura mascula: & licia discolora. peæterea laurę fragilē. limū durabilē. cærā liquabilē. Nec minus quæ iam in opere scripsit serio. Falcibus & messe ad lunam quæruntur ahenis pubentes herbæ nigri cū lacte ueneni. Queritur & nascentis equi de frōte reuulsus. Et matri præreptes amor. At tu pisciū insimulator: longe diuersa instrumēta magis attribuis nō frōtib9 teneris detergēda. sed dorsis squalentib9 excidēda nec fōdo reuellanda: sed ꝓfūdo extrahenda nec falcib9 medenda: sed hamis iuncanda postremo in maleficio ille uenenū noīat tu pulmētū ille herbas & surculos tu squamas & ossa: ille pratū decerpit: tu fluctum scrutaris. Memorassem tibi etiam Theocriti paria: & alia Homeri: & Orphei plurima & ex comœdiis: & tragœdiis græcis, & ex historiis multa repetissem: nisi te dudum animaduertissem græcam pudentillæ epistolam legere nequisse. Igitur unū ēt poetā latinū attingā uersus ipsos quos agnoscēt. qui Leliū legere. Phileta omnia undiq̃ eruūt. Antiphates illud q̄ritur. Trochiscilli ūgues. tēiæ radiculæ herbæ surculi. Aureę illices bichordilę hinnientū dulcedines. Hęc & alia q̄ sisse me poti9 q̄ pisces.
or lōge uerisimili9 cōfinxisses. His eteni fortasse p famā puulgatā fides fuisset si tibi ulla eruditio adfuisset. Eniuero piscis: adq̄ rem faciat capt9 nisi ad epulas coct9: ceterum ad magiam nihil. q̄q̄ uideatur mihi adiutare dicam unde id coniectnm. Pythagoram plerique Zoroastri sectatorem similiterq̃ magię peritum arbitrari tamē memo

riȩ prodiderunt cum aīaduertisset proxime metapontum in littore Italiȩ suȩ: quam subsiciuam græciā fecerat. a quibusdā piscatoribus euerriculū trahi: fortunā iactus eius emisse. & precio dato: iussisse ilico pisces eos: q capti tenebantur: solui retibus: & reddi pfundo. Quos scilicet eum de manibus emissurū nō fuisse: siquid in his utile ad magiam cōperisset. Sed. n. uir egregie doctus: & ueterū æmulator meminerat Homerū poetā multiscium: uel potius cōctarum rerum adprime peritum. uim omnem medicaminum: non mari: sed terræ scripsisse: cum de quadam.
Saga: ad hunc modum memorauit. Itemq alibi carminum similiter.
Cum tamē nunq apud eū marino aliquo: & pisculento medicauit. nec Proteus faciē: nec Vlyxes scrobem. nec eolus follēs. nec Helena craterā: nec Circe poculū: nec Venus cingulū. At uos soli reperti estis ex oī memoria: q uī barbarū: & radicū: & surculorū: & lapillorū: quasi quadā colluuiōe naturæ: de sūmis mōtibus ī mare trasferatis: & penitus pisciū uentribus insuatis. Igit ut solebat ad magorū cerimonias aduocari Mercurius carminū uector: & illex aī Ven9: & Luna noctiū cōscia: & maniū potēs Triuia: uobis auctoribus post hac Neptunnus cū Salacia: & portunus cū oī choro Nereidū: ab æstibus freto ad æstus amorū transferentur. Dixi cur nō arbitrer qcq negocii esse magis & piscibus. Nūc si uidetur: credamus Emiliano: solere pisces etiā ad magicas potestates adiuuare. Nū ergo pptere a qcūq piscē quærit: & ipse magus ē. Eo qdem pacto: & q myoparones quæsierit: pirata erit. & q uectem. pfossor. & q gladiū: sicarius. Nihil in rebus oibus tā innoxiū dices: quin id possit aliquid aliqua obesse. nec tā letū qd non possit ad tristitudinē ītelligi. Nec tamē icirco omnia ad nequiorē suspitionē trahūtur: ut si thus & casiam & myrrhā: cæterosq id genus odores funeri tantū emptos arbitreris: cū & medicamēto parētur & sacrificio. Cæte eodē pisciū argumēto: ēt Menelai socios putab magos fuisse. quos ait poeta præcipu9 flexis humulis apud pharū insulam fame ppulsos esse etiā mergos & delphinos & scyllas. Tu eodē referes etiā gulones omnis: q ipenso pisces precio a piscatoribus mercā tur. ēt ipsos piscatores qui oium gene piscis arte acquirūt. Cur ergo & tu qris? nolo equidē. nec necessariū habeo tibi dicere. sed p te: si potes. ad hæc qsisse me argue. ut si hellebo: uel cicutam: uel sucū papaueris emissem: itē alia eiusdē modi: quorū moderatus usus salutaris. sed cōmixtio uel quātitas noxia est: qs æquo aīo pateretur: si me per hoc ueneficii arcesseres: quod ex illis potest homo occidi? Videamus tamen q fuerit pisciū genera tā necessaria ad habēdū: tāq rara ad reperiēdū: ut merito statuto premio qreretur. Tria oino nominauerāt. unū falsi duo mentiti: falsi: q leporē marinū fuisse dixerūt: q alius oino piscis fuit: quē mihi Thenus cōseruus noster: medicinæ nō ignarus: ut ex ipso audisti ultro attulit ad īspiciundū. nā qdē leporē nondū ēt īuenit. sed pfiteror me quȩrere & cætera. nō piscatorib9 mō. ue etiā amicis meis negocio dato: qcūq minus cogniti generis piscis iciderit. ut eius mihi aut formā cōmemorēt. aut ipsum uiuū. si id neqerit. uel mortuū ostēdāt: qobrē id faciā. mox docebo. Mentiti autē sūt callidissimi accusatores mei ut sibi uidēt. cū me ad finē calūniæ cōfixerūt duas res marinas. ipudicis uocabulis qsisse. qs Tānonius ille cū utriusq sexus genitalia ītelligi uellet. sed eloq pp īfantiā. causidicus sūm9 neqret. multū ac diu hæsitatio. tandē uirile marinū. nescio q circūlocutiōe male ac sordide nominauit. sed enī fœminal nullo pacto repiens mūditer dicere ad mea scripta cōfugit. qa & e quodā meo libro legie. Inter fœmineū tegat. & fœmoris obiectu. & palmȩ uelamēto. Hȩc ēt

pro sua grauitate uitio mihi uortebat: quod me nec sordidiora dicere honeste pigeret:
At ego illi cōtra iustius exprobrauerim: quod q eloquētiæ patrocinium uulgo ꝓfitea/
Frin- tur: etiā honesta dictu sordide blatteret: ac sæpe in rebus nequaq̃ difficilibus fringul
gultio tiat: uel oīo obmutescat: cædo. n. si ego de Veneris statua nihil dixissem: neq; inter fœ
mineū nominassem: qbus tandē uerbis accusasses crimē illud tam stulticiæ q̃ linguæ
tuæ cōgruēs: an quicq̃ stultius: q̃ ex nominū ꝓpinquitate uim similē rez coniectari:
Et fortasse an præacute repperisse uobis uidebamini. At quæsisse me fingeretis ad ille
Vere- cebras magica: duo hæc marina: ueretillā: & uirginal: disce enī nomina rez latina: q̃
tilla ꝓpterea uarie nominaui: ut denuo instructus accuses: memēto tamē tā ridiculū ar/
Virgi gumentū fore: desiderata ad res uenereas marina obscœna: q̃ si dicas marinū pectinē
nal cōmēdo capillo quęsitū: uel aucupandis uolātibus piscē accipitrē: aut uenādis apris
piscē apriculū: aut eliciendis mortuis: marina caluaria. Respondeo igit͛ ad hunc ue/
strū locū nō minus insulse: q̃ absurde cōmentū: me hasce nugas marinas: & quisqlias
littoralis neq; precio neq; gratis q̄sisse. illud etiā præterea respondeo: nescisse uos qd a
me quæsitū fingeretis. Hæc. n. friuola: q̃ nominastis: pleraq; ī littoribus oībus cōge/
Cōge stim & aceruatim iacēt. & sine ullius opa: quālibet leuiter motis flucticulis ultro fo/
stim ras euoluuntur. Quin ergo dicitis me eadē opa precio īpenso p plurimos piscatoris
Con- quæsisse de littore: cōchulā striatā: testā hebetē: calculū teretē: præterea cancroz fur/
chula cas: echinorū caliculos: lolliginum ligulas: postremo assulas: festucas: resticulas: &
striata ostrea pgami uermiculata: deniq; muscū: & algā: & cætera maris eiectamēta: q̃ ubi/
Eiecta q; littoz uentis expellunt͛. salo expuuntur: tēpestate reciprocantur: trāquillo deserū
meata tur. Neq;. n. minus istis q̃ cōmemoraui: accommodari possunt: similiter ex uocabu
lo suspiciones. Posse dicitis ad res uenerias sumpta de mari spuria & fascina: pp nomi
nū similitudinē: q̃ minus possit ex eodē littore calculas ad uesicā: testa ad testamen/
tū. Cancer ad ulcera: alga ad quercerū. Ne tu Claudi maxīe nimis patiēs uir es: &
oppido ꝓxima humanitate q hasce eoz argumētatiōis diu hercle ꝑpessus sis. eqdem
cū hæc ab illis. quasi grauia & iuincibilia dicerētur. illoz stulticiam redebā. tuam pa
tiētiam mirabar: Cæteꝝ quāobrē plurimos iā piscis cognouerim quorūdam adhuc
nescius eē nolī: discat Emilianus. quoniā usq; adeo rebus meis curat. q̃ q̃ ē iā præcipi/
ti. & occidua senectute. tamē & si uidetur suscipiat doctrinā. seram planc. & post ui/
nū. legat ueterū philosophorū monumēta. tādem ut ītelligat nō me primum hęc re/
quisisse. sed iam pridem maiores meos Aristotelē dico. & Theophrastū. & Eudemū.
& Lyconē. cæterosq; Platonis minores. qui plurimos libros de genitu animalium. de
que uictu. deque particulis. deque omni differentia reliquerunt. Bene quod apud te
maxime causa agitur. qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis multiiuga
uolumina. Præterea problemata innumera eiusdem *tum ex eadem secta cæterorum
in quibus id genus uaria rractantur. quæ tanta cura conquisita. si honestum & glorio
sum fuit illis scribere cur turpe sit nobis experiri. præsertim cum ordinatius & cohi/
bilius. eadem græce & latine adnitar conscribere. & in omnibus aut omissa acqui/
rere. aut defecta supplere. Permittite. si opera est. quædam legi de magicis me/
is: ut sciat me Emilianus plura q̃ putat quærere. & sedulo explorare. pro me tu li/
brum ex græcis meis quos forte hic amici habuere. sedulique naturalium quæstio/
num. atque eum maxime in quo plura de piscium genere tractata sunt. Interea dum
hic quærit. ego exemplum rei competus dixero. Sophocles poeta Euripidi æmu/

lus & superstes. uixit enī ad extremā senectam. Cū igitur accusaretur a filio suomet dementiæ: quasi iā p etatē desiperet protulisse dicitur colonameū suam peregregiam tragœdiarum. quā forte tum in eo tēpore cōscribebat. eā iudicibus legisse. nec quicq̄ amplius pro defensione sua addidisse nisi ut audacter dementiæ cōdemnarēt si carmina senis displiceret. ibi ego comperio omnes iudices tanto poetæ adsurrexisse. miris laudibus eum tulisse ob argumenti sollertiam, & cothurnū fecundiæ. nec ita in tumultu omnis absuisse: quin accusatorē potius demētiæ cōdēnarēt. Inuenisti tu libꝝ: Beasti. cedo enī experiamur: an & mihi possint ī iudicio litteræ meæ ꝓdesse. lege pauca in principio: deinde quædam de piscibus. At tu iterea dū legit causam sustine. Audisti maxime quorum pleraq; scilicet legeras apud antiquos philosophorum: & memento de solis piscibus: hæc uolumina a me cōscripta: qui eorū coitu ꝓgignantur: q ex limo coalescant: quotiens & quid anni cuiusq; eorū generis fœminæ subuentāt: mares suriant. Quibus mēbris & causis discrerit natura uiuiparos eorū & ouiparos: ita enim latine appello: quæ græci. Et ne posc animalium genita pergam: deīde de differentia & uictu: & membris: & ætatibus: cæterisq; plurimis scitu quidē necessariis. sed in iudicio alienis: pauca etiam de latinis scriptis meis: ad eandē peritiam pertinentibus: legi iubebo: in quibus animaduertes: eum in eis cognitu rara: tum nomine etiam romanis inusitata: & in hodiernū: quod sciā: īfecta. Ea tamē nomina labore meo & studio: ita de græcis prouenerī: ut tamē latina moneta percussa sint: uel dicāt nobis Emiliane patroni tui: ubi legerint latine: hæc pronunciata uocabula: de solis aquatilibus dicam: nec cætera animalia nisi ī cōmunibus differentes attingam. ausculta igiť quæ dicam. Iam me clamabis magica nomina ægyptio: uel babylonico ritu percensere: possum etiam pergere: sed non est opere in istis diem terrere. ut sit mihi tempus aggredi ad cætera: hæc interim quæ dixi pauca recita: latine a me enunciata.

Sub uento Surio

Vtrū igiť putas philosopho: nō secundū cynicā temeritatē rudi: & īdocto: sed qui se Platonicæ scholæ meminerit: utrū ei putas turpe scire ista: an nescire: negligere. an curare: nosse quanta sit: etiā ī istis ꝓuidentiæ ratio: an de diis īmortalibus matri. & patri credere. Q. Ennius Hædeus phagitica: q uersibus scripsit. innumerabilia pisciū genera enūerat: q scilicet curiose cognorat: paucos uersus memini: eos dicā. Oib9 ut clypea præstat: mustela marina. Mures sunt ænia aspera ostrea plurima abidi. Mus mitylene ē pecte caradrum: q apud ūbraciefinis. Brūdusiiq; sargus bonus ē hūc magnus si erit sume. Apriculū piscē sito primū eē tarēti. Surrenti ælopē: facemas glaucū apud cumas qd Scaꝝ præterii cerebꝝ Iouis pene supremi. Nestoris ad patriā hic capitur: magnusq; bonusq;. Melanurū: turdū: merulāq; umbrāq; marinā. Polypus corcyræ: caluaria pinguia carne. purpura: marriculi: mures: dulces quoq; echini. Alios etiam multis uersibus decorauit: & ubi gentium quisque eorum inueniatur. ostendit q̄liter assus: aut iussulentus optime sapiat. nec tamen ab eruditis reprehenditur. ne ego reprehendar. qui res paucissimis cognitas græce. & latine. propriis & elegantibus uocabulis conscribo. Cum hoc satis dixi. tum aliud accipe. quid enim tandem si medicinæ neque instudiosus: neque imperitus: quæ

Sarg9

piam remedia ex piſcibus quæro. ut ſane ſunt plurima. cū in aliis oībus rebus eodē
naturæ munere interſperſa: atq; interſeminata: tum etiā non nulla in piſcib9 ad reme
dia noſſe: & ea cōquirere. magi potius eē: q̄ medici: q̄ deniq; philoſophi putas? q illis
nō ad quæſtū: ſed ad ſuppetias uſurus eſt. Veteres quidē medici etiam carmina re-
media uulnerū nomināt: ut omnis uetuſtatis certiſſimus auctor Homerus docet: q
Canta men facit Vlyxi de uulnere ſanguinē profluētem ſiſti cantamine. Nihil enī quod ſalutis fe
rendæ gratia fit: erumnoſum ē. At enī inquit piſcem cui rei niſi male ꝓſcidiſti? quē
tibi Thenus cōſeruus attulit. Quaſi uero nō paulo prius dixerim me de ꝑticulis om-
nium animaliū: de ſitu eaꝝ: deq; numero: deq; cā cōſcribere ac libros Ariſtotelis & ex
plorare ſtudio & augere: atq; ad miror: q̄d unū a me piſciculum inſpectum ſciatis: cū
iam plurimos ubicūq; locorū oblati ſunt: æque inſpexerim: præſertim quod ego ni-
Extra rius hil clanculo: ſed omnia in ꝑpatulo ago. At quis uel extrarius arbiter aſſiſtat: mo
re hoc & inſtituto magiſtrorū meorū: qui aiūt: hominē liberꝝ & magnificum debere
ſi queat: in primori fronte animū geſtare. hūc adeo piſciculū: quem uos Leporē mari
num nominatis: plurimis qui aderant oſtendi. Nec dū etiā decerno: quid uocēt: ni-
ſi quærā ſane accuratius: quod nec apud ueteres philoſophos proprietatē eius piſcis
reperio. q̄q̄ ſit omniū rariſſima: & hercule memoranda. q̄ppe ſolus ille quātum ſciā:
cum ſit cætera ex oſſis. xii. numero oſſa: ad ſimilitudinē taloꝝ ſuilloru m: in uētre ei9
cōnexa & cathenata ſunt. quod Ariſtoteles ſi ſciſſet: nūquā ꝓfecto omiſiſſet ſcripto
ꝓdere: qui aſelli piſcis ſolius omniū i media aluo corculū ſitum ꝑ maximo memora
uit. Piſcem inquit ꝓſcidiſti. Hoc quis ferat philoſopho crimen eſſe. q̄d lanio uel coco
non fuiſſet. Piſcem proſcidiſti q̄d crudum id accuſas: ſi cocto uentrem ruſparet. He
Ruſ- paret petia ſuffoderem. ita ut apud te puerulus ille Sicinus pudens ſuomet obſonio dixit:
eam rem non putares accurandam. At qui maius crimen eſt philoſopho comeſſe
piſcis: q̄ inſpicere. an ariolis licet iecinora rimari: philoſopho contemplari nō licebit:

Qui ſe ſciat omniū animalium aruſpicem: omnium deum ſacerdotem. Hoc i me
accuſas: quod ego & maximus in Ariſtotele miramur: cuius niſi libros bibliothecis
exegeris: & ſtudioſorum manib9 extorſeris: accuſare me non potes. Sed de hoc pene
plura q̄ debui: Nunc præterea uide q̄ ipſi ſeſe reuincant. aiunt mulierem magicis arti
bus: marinis illecebris: a me petitam: eo in tempore: quo me nō negabunt in getuliæ
mediterraneis montibus fuiſſe: ubi piſces per Deaculionis diluuia reperiantur. quod
ego gratulor neſcire iſtos: legiſſe me Theophraſti quoque &
Nicandri. Cæterū me etiam ueneficiis poſtularent: cum
ut quidē hoc negociū ex lectione & æmulatiōe ariſtotelis nactus ſum. nō nihil & Pla
tone meo adhortante: q ait. eum qui iſta ueſtiget.

Nunc quoniam piſces horum ſatis patuerunt. accipe aliud pari quidem ſtultitia:
ſed multo tamen uanius. & nequius excogitatu. ſcierunt & ipſi argumentum piſcari-
um futile. & nihil futurum præterea nouitatem eius ridiculam. quis enim fando au-
...ſq ri or diuit ad maleficia magica diſquamari. & exdorſari piſcis ſolere potius aliquid de re-
bus peruulgatioribus. & iā creditis fingendū eſſet. Igit̄ ad præſcriptū opinionis
& famæ cōfinxere pueꝝ quēpiā carmine cantatū: remotis arbitris. ſecreto loco. arula
& lucerna. & paucis ꝯſciis teſtib9. ubi īcātat9 ſit. corruiſſe poſtea neſciētē ſui excitatū.
Nec ultra iſtis q̄dē ꝓgredi mēdacio auſi. &. n. fabula ut ipleret̄. addēdū ēt illud fuit:
pueꝝ eundē multa pręſagio prędixiſſe: q̄ppe hoc emolumētū cāticis accipimus præ

sagium. & diuinationem: nec modo uulgi opinione: uerũetiã doctorum uirorũ auctoritate hoc miraculũ de pueris cõfirmatur. Memini me apud Varronẽ philosophũ uirũ accuratissime doctũ: atq; eruditũ cũ alia huiusmodi tũ hoc etiam legere Trallibus de euentu Mithridatici belli magiga percontatione cõsultantibus puerũ in aqua simulachrũ Mercurii cõtẽplãtem: q̃ futura erãt. C. lx. uersibus cecinisse. Iteq; Fabiũ cum quingentos denarios perdidisset: ad Nigidiũ consultũ uenisse: ab eo pueros carmine instinctos idicasse: ubi locorũ defossa esset crumena cũ parte eoꝝ. Cæteri ut forẽt distributi: unũ etiam denariũ ex eo numero habere. M. Catonẽ philosophũ: quẽ se a pedissequo in stipe Apollinis accepisse: Cato cõfessus ẽ. Hæc & alia apud plerosq; de magiis & pueris lego equidem: sed dubius sententiæ sum: dicã ne fieri posse: an negem? q̃q̃ Platoni credã: inter deos atq; homines: natura & loco medias quasdã diuorũ potestates intersitas. easq; diuinationes cunctas: & magoꝝ miracula gubernare: quin & illud mecũ reputo posse animũ humanũ: & puerilẽ præsertim simplicẽq;: seu carminũ auocamẽto: siue odorũ delenimẽto soporari: & ad obliuionẽ præsentium externari. & paulisp remota corpis memoria: redigi ac redire ad naturã suam: q̃ est ĩmortalis scilicet: & diuina: atq; ita ueluti quodam sapore futura rerum præsagarẽ. Verum eníuero: ut ista sese habent si qua fides hisce rebus ĩpercienda ẽ: debet ille nescio: qui puer: ꝓuidus: quantum ego audio: & corpe decorus: atque integer deligi: & animo sollers: & ore facũdus: ut in eo aut diuina potestas: quasi bonis ædibus diuersetur. Si tamẽ ea pueri in corpore includitur. aut ipse animus expergitus: cito ad diuinationẽ suã redigatur. quæ ei prompte insita: & nulla obliuione sautia. & hebes facile resumatur. Nõ enĩ ex omni ligno ut pythagoras dicebat. debet Mercurius exculpi. Quod si ita ẽ: nominare quis ille fuerit puer sanus. incolumis: ingeniosus: decorus: quem ego carmine dignatus sim initiare. Cæterũ Thallus quem nominastis: medico potius: q̃ mago indiget. Est enim miser morbo comitiali ita infectus: ut ter aut quater die sæpenumero: sine ullis cantaminibus corruat: omniaq; mẽbra conflictionibus debilitet. facie ulcerosus: fronte & occipitio conquassatus. oculis hebes. naribus hiulcus. pedib9 caduc9. Maxius omniũ magus ẽ: quo præsente Thallus diu steterit. ita plerũque morbo ceu somno uergens inclinatur. Eum tamẽ uos carminibus meis subuersum dixistis: quod forte me coram semel decidit. conserui eius plerique adsunt. quos exhiberi denunciastis. Possunt dicere homines quid ĩ Thallo dispiciant, cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare. Eodem poculo bibere. & quid ego de seruis uos ipsi uidetis. negate Thallum multo prius q̃ ego Aeeam uenirẽ corruere eo morbo solitũ: medicis sæpenumero ostensum. Negant hoc conserui eius qui sunt in ministerio uestro? omniũ rerum cõuictum me fatebor. nisi de omnium cõsensu. rus diu ablegatus ẽ in lõginquos agros. ne familiã cõtaminaret. Q d ita factum nec ab illis negari põt: Eo nec potuit hodie a nobis exhiberi. Nã ut omnis ista accusatio temeraria & repentina fuit. nudiustertius nobis Emilianus denunciauit. ut seruos numeros quindecim apud te exhiberemus. adsunt quatuordecim qui in oppido erãt. Thallus solus: rus ablegatus ut dixi quidẽ. ferme ad centesimũ lapidem longe ex oculis. Thallus solus abest. sed misimus qui eũ curriculo aduehat. Interroga maxime quanttuordecim seruos. quos exhibemus. Thallus puer ubi sit. & q̃ salue agat. interroga seruos accurratorũ meorum. nõ negabunt turpissimum puerum corpore putri & morbido. caducũ barbarum rusticanũ. Bellũ uero puerum elegistis

Auocamẽtum
Externari

quẽ quis sacrificio adhibeat: cuius caput cõtingat: quẽ pulchro pallio amiciat: a quo responsum speret: uellẽ Hercule adesset. tibi cum Emiliane permisissem: ut teneres ipse: ut interrogares: iã in media quæstiõe: hic ibidẽ pro tribunali oculos trucis in te i- uertisset: faciẽ tuã spumabũdus cõspuisset: manus cõtraxisset: caput succussisset: po
Spũa bũd9 stremo in sinu tuo corruisset. Quattuordecĩ seruos quos postulasti: exhibeo: cur illis ad quæstionẽ nihil uteris? unũ puerũ: atq; eum caducũ requiris: quẽ olim abesse pariter mecũ scis? Quæ alia est euidentior calumnia. xiiii. serui petitu tuo adsunt: eos dissimulas: unus puerulus abest: eum ĩsimulas. Postremo qd uis. puta Thal- lum adesse. uis ꝓbare eũ præsente me cõcidisse. ultro cõfiteor: carmine id factũ dicis Hic puer nescit: ego nõ factũ: reuinco: nũc caducũ esse puerũ: nec tu audebis negare.

Cur ergo carmini potius: q̃ morbo attribuat̃ eius ruina. An euenire nõ potuit: ut forte præsente me idem pateretur: quod sæpe alias multis præsentib9. qđ si magnum putarẽ: caducũ deiicere: quid opus carmine fuit. Cũ icẽsus gagates lapis: ut apud physicos lego: pulchre & facile hunc morbũ exploraret: Cuius odore etiã ĩ uenaliciis uulgo: sanitatẽ: aut morbũ uenaliũ experiantur. Etiã orbis a figulo circunactus: nõ difficile eiusdẽ ualitudinis hominẽ uertigine sui corrigit ita spectaculũ rotatõis ei9 animum sauciũ debilitat. ac multo plus ad caducos consternendos figulus ualet: q̃ magus. Tu frustra postulasti: ut seruos exhiberem: ego nõ de nihilo postulo: ut no mines: q nã testes huic piaculari sacro adfuerit: cũ ego ruentem Thallũ impellerem: unum omnino nominas puerulũ illũ Siciniũ pudentẽ: cuius me noĩe accusas: is enĩ affuisse se dicit. Cuius pueritia: & si nihil ad religionẽ suffragaretur: tamẽ accusatio fidem derogaret. Facilius fuit Emiliane: ac multo grauius: te te ut ipsum diceres in terfuisse: & ex eo sacro cœpisse dementiri potius: q̃ totũ negociũ: quasi ludicrũ: pueris
Incan to donares: puer cecidit: puer uidit: num etiã puer aliqs incãtauit. Hic satis ueteratorię Tannonius pudens: cũ hoc quoq; mendatiũ frigere: ac ꝓpe iam oĩum uultu: & mur mure explosum uideret: ut uel suspiciones quorundã spe moraretur: ait pueros alios productũrũ: qui sint æq; a me incantati: atq; ita ad aliam speciũ argumenti trãsgres- sus est. Quod q̃q̃ dissimulare potui. tamẽ ut oĩa. ita hoc quoq; ultro prouoco. cupio enim produci eos pueros. quos spe libertatis audio cõfirmatos ad mentiendũ. sed ni hil amplius dico q̃ ut producãt. Postulo igitur & flagito Tannoni pudens ut expleas quod es pollicitus. cedo pueros istos q̃bus cõfiditis. ꝓduc. nomina q sint. mea aqua licet ad hoc utare. dic inquã Tannoni. quid taces. qd cõtaris. qd expectas. q; si hic nes cit quid dixerit. aut nomina oblitus est? At tu Emiliane cede huc. dic quid aduocato tuo mandaueris. exhibe pueros. quid expalluisti. qd taces. Hoccine accusare ẽ. Hoc cine tantũ crimen deferre. An Claudium maximũ tantũ uirum ludibrio habere. me calumnia insectari. qđ si forte patronus tuus uerbo ꝓlapsus ẽ. & nullos pueros ha- bes quos ꝓducas saltẽ quattuordecim seruis. quos exibui ad aliquid utere. aut cur si sti postulabas. tantã familiã magiæ accusans: de quindecĩ seruis denunciasti. q; si de ui accusares. quot tandẽ seruos postulares. Sciũt ergo aliquid qndecĩ serui. & occul- tum nõ est. & magicũ est. alteꝝ horũ fatearis necesse est. aut illicitum nõ fuisse in quo tot cõscios non timuerim. aut si illicitum fuit. scire tot conscies non debuisse. magna ista quantum ego audio. res est legibus delegata: Iam inde antiquitus. xii. tabulis ꝓ-
re- pter incredundas frugum illecebras ĩterdicta. Igitur & occulta non minus q̃ tetra &
l9 horribilis. plerũq; noctibus uigilata. & tenebris obstrusa. & arbitris solitaria. & car-

minibus murmurata cui nō modo seruoꝝ: ueꝝ etiam liberoꝝ pauci adhibentur & tu quindecim seruos uis interfuisse nuptiæ ne illæ fuerūt: an aliud celebratū officiū an cō uiuiū tempestiuū. quindecim serui sacrū magicū participant quasi quindecim uiri sa cris faciūdis creati. Cui tamen rei tot numero adhibuissē si conscientiæ nimis multi sūt quindecim liberi homines populus est: totidē serui familia. totidem uincti erga stulū. An adiutorio multitudo eoꝝ necessaria fuit: q diutine hostias lustralis tenerēt at nullas hostias nisi gallinas nominasti. An ut grana turis numerarent: an ut Thallū prosternerent. Mulierem ēt liberā perductā ad me domum dixistis. eiusdem Thalli ualitudinis. Quam ego pollicitus sim curaturū eam quoq; incantatā a me corruisse: ut uideo uos palæstritam non magum accusatum uenistis ita omni qui me accesserit interdicitis cecidisse. Negauit tamen quærente te Maxime Themison medicus a quo mulier ad inspiciendum perducta est. quicquam ultra passam: nisi quæsisse: ecquid illi aures obtinnirent & utra eorum magis ubi responderit dextram sibi aurem nimis inquietam confestim discessisse. Hic ego maxime quanquam sedulo impræsentiarū a laudibus tuis tempero neubi tibi ob causam istam uidear blanditus tamen soller tiam tuam in percontando nequeo quin laudem: Dudum enim cum agitarentur hęc & illi incantatam mulierem dicerent. medicus qui adfuerat abnueret: quæsisti tu ni mis quam prudenter: quod mihi emolumentum fuerit incautandi. responderunt ut mulier rueret. Quid deinde mortua est inquis: negarunt. Quid ergo dicitis: ꝙ ap puleii commodum. si ruisset. Ita enim pulchre ac perseueranter tertio quæsiuisti ut q scires omnium factorum ratione diligentius examinandas. ac sæpius causas quæri fa cta concedi. eoq; etiam patronos litigatoꝝ causidicos nomīari. ꝙ cur quæq; facta sint expediāt. Cæteꝝ negare factū facilis res ē & nullo patrono idiget recte factū uel ppe rā docere id uero multo arduū & difficile est. Frustra igr̄ an factū sit q̄ritur q̄d nullam malā causā habuerit: ut fecerit: ita facti reus: apud bonū iudicē scrupulo q̄stionis li beratur: si nulla fuit ei rō peccandi. Nunc quoniā neq; incātatā: neq; prostratā mu lierem ꝓbauerūt: & ego nō nego petitu medici a me īspectā: dicā tibi Maxime: cur il lud de auriū tinnitu quæsierim: nō tā purgandi mei gratia in ea re: quā tu iam præiu dicasti. : neq; culpæ neq; crimini confinē: q̄ ut nequid auribus tuis: & doctrinæ tuæ cō gruens reticuerim. Dicā igitur q̄ breuissime potuero: eteni admonēdos es mihi: non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo Timæo: cælesti quadā facundia uniuersum mundū molitus: postq̄ de nostri quoq; animi trinis potestatibus sollertis sime disseruit: & cur quæq; mēbra nobis diuina prouidentia fabricata sint: aptissime demonstrauit: causam morborū omniū trifariam ꝑcenset. Primā causam primordi is corporis attribuit: Si ipse elemētorū qualitates: humida & frigida: & his duæ ad uersæ nō cōgruant: id adeo euenit: cū quæpiā earū modo excessit: aut loco demigra uit. Sequens causam morborum inest in eorum uitio: quæ iam concreta ex simplici bus elementis: una tamen specie coaluerunt: ut est sanguinis species: & uisceris. & os sis: & medullæ: porro illa quæ ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio in corpore cō cremata uarii fellis. & turbidi spiritus: & pinguis humoris: nouissima ægritudinum incitamēta sunt. Quorum e numero præcipua sit materia morbi comicialis: de quo dicere exorsus sum. cum caro in humorē crassum. & spumidum inimico igni colique scit. & spiritum indidem parto ex candore compressi aeris albida & tumida tabes flu it. Ea namq; tabes: si foras corporis prospirauit: maiore dedecore: q̄ noxa diffundi

Obtin nirent

Pi ra

m

tur: pectoris enim primorē cutim uitiligine insignit: & omnimodis maculationib9 conuariat. sed cui hæc usu uenerit: nunquam postea comiciali morbo attentatur: ita ægritudinem animum grauissimam: leui turpidine corporis compescat. Enimuero si perniciosa illa dulcedo intus cohibita: & bili atre sociata uenis omnibus furens peruasit. deinde ad sūmum caput uiam molita dirum fluxum cerebro imiscuit. illico regalem partem animi debilitat: quæ ratione pollens: uerticem hominis uelut arcē: & regiam insedit eius quippe diuinas uias & sapientis meatus obruit & obturbat quod facit minore pernicie per soporē cū potu & cibo plenos: comitialis morbi prænuncia strangulatione modice angit. sed si usqueadeo aucta est: ut etiam uigilantiū capiti offundatur tum uero repentino mentis nubilo obtorpescunt: & moribūdo corpore cessante aīo cadunt eū nostri non modo maiorem & comicialem: uerum etiam diuinum morbū ita ut græci ἱερονόσον nūcuparūt: uidelicet qđ animi partē rationalem quæ lōge sāctissima est: eam uiolet. Agnoscis Maxime rationē Platonis quātū potui ꝓ tempore perspicue explicatā cui ego fidē arbitratus: causā diuini morbi esse cū illa pestis i caput redundauit. haud quaquā uideor de nihilo percontatus: an esset mulieri illi caput graue. ceruix torpens: tēpora pulsata: auris sonora: & cæteꝝ quod dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur: signū erat morbi penitus adacti. nam dextera corporis ualidiora sunt: eoque minus spei ad sanitatē relinquūt cū & ipsa ægritudini accūbūt. Aristoteles adeo in problematis scriptū reliquit: quibus æque caducis a dextero morbus occipiat eorum esse difficiliorem medelā. Longum est si uelim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere. Est enim etiam eius egregius liber de caducis: quibus tū in alio libro: quē de nō uidentibus aīalibus conscripsit. remedio esse ait exuuias stellionū: quas uelut senium more cæteroum serpentium temporibus statutis exuant. sed nisi confestim eripias: maligno ne præsagio an naturali ad petentia ilico conuertuntur. & deuorant. Hæc iccirco commemoraui nobilium philosophorū disputata. simul & libros sedulo nominaui. nec ullum ex medicis. aut poetis uolui attingere: ut isti desinant mirari si philosophi suapte doctrina causas morborū & remedia nouerunt. Igitur cum ad inspiciendum mulier ægra curationis gratia. ad me perducta sit. atq; hoc & medici confessione: qui adduxit meam ratiocinationem recte factū esse conueniat aut constituāt magi: & malefici hominis esse morbis mederi: aut si hoc dicere non audent: fateantur se in puero & muliere caducis uanas & prorsus caducas calumnias intendisse: Immo enim si audire uerum uelis Emiliane: tu poti9 caducus. qui iam tot calumniis cecidisti: neq; enim grauius est corpore. quā corde collabi pede potius: quā mente corruere: in cubiculo despui quā in ipso splendidissimo cœtu detestari. At tu fortasse te putas sanum: quod non domi contineris: sed insaniam tuā quoquo te duxerit: sequeris. Atqui si contēdere uis furorē tuum cum Thalli furore: inuenies permultum interesse: nisi q; Thallus sibi tu etiam aliis furis. Cæterum thallus oculos torquet tu ueritatem thallus manus contrahit: tu patronos: thall9 pauimētis illiditur tu tribunalibus. Postremo ille quicquid agit. i ægritudīe facit. ignorans peccat. At tu miser prudens & sciens delinquis tanta uis morbi te instigat falsū pro uero insimulans infectum pro facto criminaris: quem innocentem liquido scis. tamen accusas ut nocentem. Quin etiam quod præterii. sūt quæ fatearis nescire & eadem rursus quasi scias criminaris. Ais enim me habuisse quædam sudariola inuoluta apud lares pontiani. Ea inuoluta quæ & cuius modi fuerint. nescisse te cōfiteris. neq;

præterea queq̃ esse qui uiderit: tamē illa contendis instrumēta magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur Emiliane. Non est in accusādo uersutia. ac ne impudētia quidē: ne tu arbitreris quid igitur. Furor infœlix acerbi animi & misera insania crudæ senectutis. His enim pene uerbis cum tam graui & pspicaci iudice egisti. Habuit Apuleius quæ piā linteola inuoluta apud lares pōtiani. Hæc quoniā ignoro quæ fuerint: iccirco magica fuisse contēdo. Crede igitur mihi quod dico quia id dico quod nescio. O pulchra argumenta: & aperte crimen reuincentia: hoc fuit quoniam quid fuerit ignoro. Solus repertus es Emiliane qui scias etiam illa quæ nescis tantum super omnes stulticiæ uectus es: quippe qui solertissimi & acerrimi phōꝝ fuerūt ne iis quidem confidendū esse aiunt quæ uidemus. At tu de illis quoqꝫ affirmas. quæ neqꝫ conspexisti unquam neqꝫ audisti. Pontianus si uiueret: atqꝫ eum interrogares quæ fuerint in illo inuolucro: nescire se responderet libertus etiam ille qui clauis eius loci in hodiernū habet & a uobis stat nunquā se ait inspexisse: quanquā ipse aperiret. utpote promus libroꝝ: qui illic erant conditi pene quotidie & clauderet sæpe nobiscum multo sæpius solus intraret linteum in mensa positum cerneret. sine ullo sigillo: sine uinculo. Quid ni enim magicæ res in eo occultabantur eo negligentius adseruabā. sed enim libere scrutandum & inspiciendum si liberet etiam auferendum temere exponebam alienæ custodiæ cōmēdabā: alieno arbitrio permittebā. Quid igitur in præsentiaꝝ uis tibi credi: quod ne pontianus quidē sciret qui indiuiduo contubernio mecū uixit: id te scire quē nunq̃ uiderim nisi pro tribunali. An quod libertus assiduus cui omnis facultas inspiciēdi fuit quod his libertus nō uiderit te: qui nunq̃ eo accesseris uidisse. Deniqꝫ ut quod nō uisti: id tale fuerit quale dicis. At qui stulte si hodie illud sudariolum tu increpisses: quicquid ex eo promeres ego magicum uideri tū de eo tecum decertarē: aut ego subiectū dicerem: aut remedio acceptum aut sacro traditum: aut somno imperatū. Mille alia sunt quibus possem more cōi & uulgatissima obseruationū consuetudine uere refutare. Nūc id postulas: ut quod deprehensū & detentū tū nihil ad me apud bonū iudicē læderet: id inani suspicione incertū & incognitū condēnet. Haud sciā. an rursus ut soles dicas. Quid ergo illud fuit: quod linteo tectū apud lares potissimū deposuisti. ita ne est Emiliane: sic accusas ut oīa a reo percontere: nihil ipse adferas cognitū quāobrē piscis quæris cur ægram mulierem inspexisti quid in sudario habuisti insutū: accusatum an interrogatū: uenisti: si accusatū: tu argue quæ dicis si interrogatum. noli præiudicare quid fuerit quod ideo te necesse est interrogare. quia nescis. Cæteꝝ hoc quidē pacto omnis homines rei constituentur: si ei qui nomen cuiuspiam detulerit nulla necessitas sit probādi. omnis contra facultas percontandi. quippe omnibꝰ sicut forte negocium magiæ facessitur. quicquid omnino egerint. obiicietur. uotum in alicuius statuæ femore assignasti. Igitur magus es: aut cur signasti. tacitas preces in templo deis allegasti. Igitur magus es: aut quid optasti. contra. nihil in templo præcatus es. Igitur magus es aut cur deos non rogasti. Similiter si posueris donum aliquod: si sacrificaueris: si uerbenam sumpseris. Dies me deficiet. si omnia uelim persequi: quorum rationem similiter calumniator flagitabit. præsertim quod conditum cunqꝫ quod obsignatum. quod inclusum domi obseruatur. id omne eodem argumento magicū dicetur. aut e cella promptuaria in forum atqꝫ in iudicium proferetur. Hæc quanta sint & ueiusmodi Maxime. quantusqꝫ campꝰ calumnus. hoc Emiliane tramite aperiatur quantiqꝫ sudores innocentibus hoc uno sudariolo adferantur. possū eqdē pluribꝫ di-

Promus

sputauire. sed faciã quod institui: & quod nõ necesse ẽ: cõfitebor & interrogat⁹ ab emi
liano respondebo. Interrogas Emiliane quid in sudario habuerim. Atq̃ q̃ oĩo positũ
illũ sudariũ meũ in bibliotheca pontiani possim negare tũ maxime fuisse concedã: tũ
habeã dicere: nihil in eo fuisse quæ si dicã: neq; testimonio aliquo neq; argumẽto reuin
car: uemo eni qui attingerit. est unus libertus ut ait q uiderit: tũ inq̃ per me licet fue-
Reptis rit repertissimum: sic enim si uis arbitrare: ut olim Vlyxi socii thesaurũ reppisse arbitra
simum ti sũt: cũ utrẽ uentosissimũ manticularentur. Vis dicã cuiusmodi illas res in sudario
Manti obuolutas: laribus Pontiani cõmendarim. Mox tibi geretur: sacrorũ pleraq; initia in
culare græcia pticipaui. Eorũ quædã signa & monumẽta tradita mihi a sacerdotibus sedulo
tur conseruo. nihil insolitũ. nihil cognitũ dico. uel unius liberi patris symmystæ qui ade
stis: scitis: quid domi conditũ cæletis & absq; oĩbus prophanis tacite ueneremini. At
ego ut dixi multiiuga sacra & plurimos ritus: uarias cerimonias: studio ueri & officio
erga deos didici. Nũc hoc ad tempus cõpono. sed abhinc ferme trienniũẽ: cũ primis
diebus: quibus aeeam uenerã puplice differens de Aesculapii maiestate: eadẽ ista præ
me tuli: & quod sacra nossem percensui: Ea disputatio celebratissima ẽ uulgo legitur:
in oĩum manibus uersatur non tam facundia mea q̃ mentione æsculapii religiosis accẽ
sibus cõmendata. dicite aliqui: siq forte meminit: huius loci principiũ. Audis ne Ma-
xime multos suggerentis. imo etiã ecce liber offertur: recitari ipsa hæc iubebo quoniã
ostendis humanissimo uultu: auditione te ista nõ grauari. Etiam ne cuiq̃ mirũ uideri
potest: cui sit ulla memoria religionis: hominẽ tot mysteriis deum conscium. quædã
sacrorum crepundia domi adseruare. atq; ea lineo texto inuoluere quod purissimum
est rebus diuinis uelamentum quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori
detracta: iam ide Orphei & Pythagore sitis prophanus uestitus ẽ: sed enim mundissi
ma lini seges: inter optimas fruges terra exorta non modo indutui: & amictui sanctis
simis ægiptiorum sacerdotibus. sed opertui quoq; inde rebus sacris usurpatur. Atq;
ego scio nonnullos: & cum primis Emilianum istum facetiæ sibi habero: res diuinas
deridere: nam ut audio percensentibus iis. qui istum nouere nulli deo ad hoc æui sup-
plicauit. nullum templum frequentauit: si fanum aliquod prætereat nephas habet:
adorandi gratia manum labris admouere. Istius uero nec diis rurationis. qui eum pa
scunt: ac uestiunt. segetis ullas. aut uitis. aut gregis primicias impartit nullum in uil
la eius delubrum situm. nullus locus aut lucus cõsecratus. Ec quid ego de luco & de
lubro loquor: negant uidisse se qui fuere: unũ saltẽ in finibus eius: aut lapidẽ unctum
aut ramũ coronatũ. Igitur agnomenta ei duo indita Charon ut iam dixi: ob oris & aĩ
Mẽo- diritatẽ. Sed alterũ q̃d libentius audit: ob deorũ contẽtũ Mezentius. Qua propter fa
racula cile intelligo: hasce ei tot initiorũ enumerationes nugas uideri. & forsã ne ob hãc diui-
ni contumaciã nõ inducat in aĩum. uerũ esse q̃d dixi me sanctissime tot sacrorũ signã.
& memoracula custodire. Sed ego q̃d de me mezentius sentiat. manũ non uorterim.
Cæteris aũt clarissima uoce ꝓfiteor si qui forte adest eorũdẽ solemniũ mihi particeps
signũ dato & audiat licet quæ ego adseruẽ. Nã equidẽ nullo unq̃ periculo cõpellar: q̃
reticenda accepi. hæc ad prophanos annũciare. Vt puto maxime satis uideor: cui uis:
uel iniquissimo aĩum explesse. Et quod ad sudariũ ptineat omnẽ criminis maculã de
tersisse ac bono iam piculo ad testimoniũ illud Crassi quod post ista quasi grauissimũ
legerunt a suspicionibus Emiliani transcensurus. Testimonium ex libello legi audi-
sti Gumiæ cuiusd. & desperati Lurconi. Iunii Crassi me in eius domo nocturna sa-

cra cũ appio Quintião amico meo factitasse: qui ibi mercede diuersabatur. Idque se ait Crassus. quanq̃ meo tẽpore uel alexandriæ fuerit. tamen cæde & fumo: & auium plumis cõperisse. s. eum cum alexandriæ sympofita obiret. Est enim Crassus iste. qui nõ inuitus de die in ganeas correpat. In illo cauponis nidore pinnas de penatibus suis aduectas aucupatũ. fumũ domus suæ agnouisse patrio culmine longe exortũ. Quẽ si oculis uidit ultra Vlyxi uota & desideria. Hic quidem est oculatus. Vlyxes fumũ terra sua mergentẽ cõpluribus annis e litore prospectans. frustra captauit. Crassus ĩ paucis. quibus abfuit mensibus eundẽ fumũ: sine labore in taberna uinaria sedens cõspexit. Sin uero naribus nidorem domesticũ præsensit uincit idem sagacitate odorandi canes & Vlturios cui enim cani cui ulturio alexandrini cæli quicquam abusq; Aeesiũ finibus oboleat. Est quidẽ Crassus iste sũmus Helluo: & oĩs fumi non ĩperitus: sed ꝑfecto studio bibendi: quo solo censentur. facilius ad eũ Alexandria uini aura q̃ fumi pueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nã dicitur ante horam diei secundã: ieiunus adhuc & abstemius: testimoniũ istud unedidisse. Igitur scripsit hæc se ad hũc modũ cõperisse: postq̃ Alexandria reuenerit: domum suã recta contendisse: ex qua iam Quintianus migrarat: ibi in uestibulo multas auium pinnas offendisse: præterea parietes fulgine deformatos quæsisse causas & seruo suo quem aee reliquerit eũq; sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quã uero subtiliter cõpositũ & uerisimiliter cõmentum: me si quid eius facere uellem non domi meæ potius factuq; fuisse: Quintianũ istũ qui mihi assistit: quem ego ꝑ amicicia quæ mihi cũ eo artissima est: proq; eius egregia eruditione & perfectissima eloquentia: honoris & laudis gratia nomino. Hũc igitur Quintianũ si quas auis cœna habuisset: qui pinnas cõuerteret: & foras abiiceret. Præterea fumi tantã ui fuisse ut pietes atros redderet: eãq; deformitatã: quoad habitauit passum in cubiculo suo Quĩtianũ. Nihil dicis Emiliane. Non est uerisimile: nisi forte Crassus nõ in cubiculũ reuersus perrexit: sed suo more recta ad focũ. Vnde autem seruus Crassi suspicatus est noctu potissimum parietes fumigatos an ex fumi colore: uidelicet fumus nocturnus nigrior est: eoq; diurno fumo differt. Cur autẽ suspicax seruus: ac tam diligens passus dſt Quintianum migrare: prius q̃ mundam domum redderet. Cur ille plumæ quasi plumbeæ tam diu usque ad aduentum Crassi manserunt: nõne simul & Crassus seruus suus: sed ipse hæc potius de fuligine & pinnis mentitus est: dũ nõ põt nec in testimonio dando discedere lõgius a culina. Cur autem testimonium ex libello legistis. Crassus ipse. Vbi gẽtium ẽ. An alexandriã tedio domus remeauit. An parietes suos detergit: an quod uerius est: ex crapula helluo attemptatur. Nam equidem hæc fabra tecum hesterna die animaduerti satis nobiliter in medio foro tibi Emiliane obructantem: quære a nomenclatoribus tuis Maxime quanquam est ille cauponibus: ꝙ nomenclatoribus. notior tamen inquam interroga: an hic Iunium crassum aeensum uiderint. non negabunt. exhibeat nobis Emilianus iuuenem honestissimum cuius testimonio nititur. qd sit diei uides. dico crassum iam dudum ebrium stertere. aut secundo lauacro ad repotia cœnæ obeunde uinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cum maxime præsens per libellum loquitur non quin adeo sit alienatus omni pudore. ut etiam sua oculis tuis si foret sine rubore ullo mentiretur. sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi temperare ut hanc horam sobriæ expectaret. aut potius Emilianus de consilio fecit ne eũ sub tam seueris oculis tius cõstitueret. ne tu beluam illam uulsis maxillis. fœdo aspe

Helluo

Reti

ctu de specie improbares: cũ animaduertisses caput iuuenis barba & capillo popula-
tum: madentis oculos: cilia turgentia: rictũ: saliuosa labia: uocem absonam: manuũ
tremorẽ: ructus. Nam patrimonium omne iam iam pridem abliguritũ: quicq̃ ei de
bonis paternis superest: nisi una domus ad calumniam uenditandum: quam tamen
nunquam carius: q̃ in hoc testimonio locauit. Nam temulentum istud mendacium
tribus milibus nummis Emiliano huic uendidit: idque ææ nemini ignoratur. Om-
nes hoc antequam fieret cognouimus: & potui denunciatione impedire: nisi scirẽ men
dacium tam stultum potius Emiliano: qui frustra redimebat: q̃ mihi qui merito con-
temnebam: ob futurum uolui & Emilianum damno affici & Crassum testimonii sui
dedecore prostitui. Cæterum nudiustertius haud quanq̃ occulta res acta est in Rufi-
ni cuiusdam domo: de quo mox dicam: intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufi-
no & Calpurniano. quod eo libentius Rufinus perfecit: quod erat certus ad uxorem
suam cuius stupra sciens dissimulat: non minimam partem premii ei9 Crassum rela
turum, Vidi te quoque maxime coitionem aduersum me & coniurationem eorum ꝑ
tua sapientia suspicatum. Simul libellus ille prolatus est: totam rem uultu aspernan
tem. Denique quanquam sunt soluta audacia & importuna impudentia præditi: ta-
men testimonio crassi: cuius oboluisse fecem uidebant. nec ipsi ausi sunt perlegere nec
quicquam eo niti. Verum ego ista propterea commemoraui: non quo pinnarum for-
midines: & fuliginis maculam te præsertim iudice timerem. sed ut ne ĩpunitum cras-
so foret: quod Emiliano homini rustico fumum uendidit. Vnde etiam crimen ab illis
cum pudentillæ litteras legerent: de cuiusdam sigilli fabricatione prolatum est: quod
me aiunt ad magica maleficia occulta fabrica: ligno exquisitissimo comparasse. & cũ
sit celeti forma turpe & horribile: tamen impendio colore & græco uocabulo grecum
uerbum deest nuncupare. Nisi fallor: ordine eorum uestigia persequor: & sigillati ap
prehendens omnem calumniæ textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli: quod
dicitis qui potest? cuius uos adeo atificem non ignorastis? ut ei uti præsto esset: denũ
ciaueritis. En adest Cornelius Saturninus artifex uir inter suos & arte laudat9: & mo
ribus comprobatus: qui tibi maxime paulo ante diligenter sciscitanti: omnem ordi-
nem gestæ rei summa cum fide & ueritate percensuit. me cum apud eum multas geo-
metricas formas Gnosso uidissem: subtiliter & adfabre factas: inuitatum eius artifi-
cio: quædam mechanica ut mihi elaborasset- petisse: simul & aliquod simulacrum cu
iuscunque uellet dei: cui ex more meo supplicassem: quacunque materia dummodo
lignea exculperet. Igitur primo buxeam tẽptasse. Interim dum ego ruri ago: siciniũ
Põtianum priuignum meum: qui factum uolebat: impetratos hebeni loculos: a mu
liere honestissima Capitolina ad se attullisse. Ex illa potius materie rariore & durabi
liore uti faceret. adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecis
se: perinde ut loculi suppetebant. Ita minutatim ex tabellis compacta crassitudine
Mer- mercuriolum expediri potuisse. Hæc ut dico omnia audisti. Præterea a filio capi-
urio- toline probissimo adolescente: qui præsens est: sciscitante te eadem dicta sunt. Pontia
m num loculos petisse. Pontianum Saturnino artifici detulisse: etiam illud non nega-
tur. Pontianum a Saturnino perfectum sigillum recepisse: & postea dono mihi
dedisse. His oĩb9 palã atq; apte ꝓbatis: qd oĩno supest. ĩ quo suspitio aliq̃ magiæ deli
tescat. ĩmo qd oĩno ẽ. quod uos manifesti mendacii nõ reuincat? occulte fabricatum
eẽ sigillum dixistis: quod Pontianus splẽdidissimus eques fieri curauit. quod Satur-

ninus uir grauis. & probe iter suos cognitus: in tabernula sua sedens: propalã exculpsit: quod ornatissima matrona munere suo adiuuit: qd & futurũ & factũ multi cum seruorũ: tũ amicoꝝ. qui ad me uẽtitabant scirẽt: lignũ a me toto oppido quesitũ: nõ piguit uos cõmentiri. quem quidẽ absuisse meo tẽpore scitis: quem iussisse fieri quali cunq; materia probatũ est. Tertiũ mendaciũ uestrũ fuit. macilentã uel oĩo euiscera tam forma diri cadaueris fabricatã: prorsus horribilẽ & laruale. Quod si cõpertum habebatis ante euidens signũ magiæ: cur mihi ut exhiberem: nõ denunciastis. An ut possetis in rem abscentẽ libere mentiri. Cuius tamẽ falsi facultas. opportunitate quadam meæ cõsuetudinis uobis adempta est. Nam morem mihi habeo quoquo eam simulacrũ alicuius dei inter libellos cõditũ gestare: eiq; diebus festis: thure & mero & aliquãdo uictimis supplicare. Dudũ ergo cum audirem scelestum. per q̃ impudenti mendacio dictitari: iussi curriculo iret aliquis: & ex hospitio meo mercuriolũ afferet quem mihi Saturninus iste ęcę fabricatus est: cedo tu eum uideant: teneant: considerent. En uobis quẽ scelestus ille scelestũ nominabat. Auditis ne reclamationem omnium qui adsunt. Auditis ne mendacii uestri damnationẽ. Non uos tot calumniaꝝ tandẽ dispudet. Hiccine est scelestus. Hiccine est larua. Hoccine est qd appellitabatis dæmoniũ: magicũ ne istud. an solẽne & cõe simulacrũ est. Accipe quæso Maxime & cõtemplare bene: tam puris & tam piis manibus tuis traditur res cõsecrata. En uide q̃ facies eius decora & suci plena sit: q̃ hilaris dei uultus ut decenter utrinq; lanugo malis deserpat: ut in capite crispatus capillus sub uno pilei umbraculo appareat: q̃ lepide sup tempora pares pinulæ emineant. q̃ aũt festiue circa humeros uestis substricta sit. Hũc qui scelestũ audet dicere: profecto ille simulacra deorũ nulla uidet: aut oĩa negligit. hũc deniq; qui laruã putat: ipse est laruatus. At tibi Emiliane pro isto mendacio: aut deus iste superũ & inferũ cõmeator: utrorũq; deorũ malã gratiã: semperq; obuias species mortuoꝝ. quicqd umbrarũ est usquã: quicqd lemurũ: quicqd maniũ: quicqd laruaꝝ oculis tuis oggerat oĩa noctiũ occursacula. oĩa bustoꝝ formidamina. oĩa sepulchroꝝ terriculamenta. a quibus tũ æuo & merito haud lõge abes. Cæteꝝ platonica familia: nihil nouimus nisi festũ & lætũ & solẽne & superũ. & cælestẽ quin altitudinis studio. secta ista etiã cælo ipso sublimiora quæpiã uestigauit: & in extimo mundi tergo degit. Sit me uera dicere Maximus: qui legit in Phedro diligenter. Idem maximus optime intelligit: ut de nomine etiã uobis respõdeam: quis nam sit ille non a me primo. sed a platone nuncupatus βασιλέοκ. Quis nã sit ille βασιλεύσ. totius rerũ naturę cã: & ratio. & origo initialis: summus animi genitor. æternus animãtiũ sospitator. assiduus mundi sui opifex. sed enim sine opera opifex: sine cura sospitator: sine propagatione genitor: neq; loco neque tempore: nec ulla uice comprehensus: eoque paucis cogitabilis: nemini effabilis. En ultro augeo magię suspitionem: nõ respõdeo tibi Emiliane quẽ colam: βασιλεύσ quin si ipse proconsul interroget. quid sit deus meus: tacebo. De nomine ut impręsentiarũ satis dixi. qd supest: nec ipse sũ nesci⁹ quosdã circũstãtiũ cupe audire. cur nõ argẽto uel auro. sed potissimũ ex ligno simulachrũ fieri uoluerim: idq; eos arbitror. nõ tã ignoscẽdi q̃ cognoscẽdi cã desiderare. ut hoc ẽt scrupulo liberẽtur cũ uideãt oẽm suspicionẽ criminis abunde cõfutatã. Audi igitur cui cura cognoscere est. sed aio quantum potes erecto. & attẽto: quasi uerba ipsa platõis iã senis de nouissimo legũ libro auditurus. Hoc eo ꝓhibet. ut delubra nemo audeat priuatim constitu

Dispudet.

cõmeator.

Oggero.

Occursacula.

Formidamia

Terricula/méta.

ere: cēset eteni satis ciuibus ad immolandas uictimas tēpla publica. Deide subnectit
ut oīum assensus declarauit. maximeq; q in cōsilio estis: cōpetētissime
uideor usus Platione: ut uitæ magistro: ita causæ patrono cuius legibus obedien
tem me uidetis.

Apologiæ oratio secunda.

n

Vnc tēpus est ad epistolas Pudētillæ præuerti: uel adeo totius rei ordi
nē paulo altius petere: ut oibus manifestissime pateat: me quem lucri
cupiditate īuasisse Pudentillæ domū dictitant: si ullū lucrū cogitarē
fugere semp a domo ista debuisse: qn & in ceteris causis minime pspe
Repē rū matrimonium: & nisi ipsa mulier tot incōmoda uirtutibus suis re
sare pensaret: inimicū. Neq; enī ulla alia causa præter cassam inuidiā reperiri pōt: quæ iu
dicium istud mihi: & multa antea picula uitæ cōflauerit. Cæteq; cur Emilianus cōmo
ueretur: etsi uere me magū cōspexisset: qui nō mō ullo facto: sed ne tantulo qdē dicto
meo læsus ē: ut uideretur se merito ultum ire: neq; autem gloriæ cā me accusat. ut. M.
Antonius. Cn. Carbonē. C. Mutius. A. Alputium. P. Sulpitius. Cn. Norbanum.
C. Furius. M. Aquiliū. C. Curio. Q. Metellū. Quippe homines eruditissimi iuue
nes. laudis gratia primū hoc rudimētū forensis opæ subibāt: ut aliquo īsigni iudicio
ciuibus suis noscerent: q mos īcipiētibus adolescentulis. ad illustrandū ingenii florē
apud antiquos cōcessus diu exoleuit. qd' si nunc quoq; frequēs eēt: tamē ab hoc pcul
abfuisset. Nā neq; facundiæ ostentatio rudi & indocto: neq; gloriæ cupido rustico &
Capu barbaro: neq; inceptio patrociniorum: capulari seni congruisset: nisi forte Emilianus
laris se p sua seueritate exēplum dedit: & ipsis maleficiis īsensus: accusatiōem istā: p morū i
nex tegritate suscepit. At hoc ego Emiliano. nō huic afro: sed illi africano. & numantino
& præterea censorio uix credidissem: ne huic frutici credam. nō mō odium peccatorū.
sed saltē intellectū inesse. Quid igitur ē. Cuius clare dilucet aliam rē inuidia nullam
eē: quæ hūc & Herenniū Rufinū īpulsarē huius de quo mox dicam. cæterosque inimi
cos meos: ad nectendas magiæ calūnias prouocarit. Quique igit' res sunt. quas me
oportet disputare. nā si pbe memini quod ad Pudentillam attinet. hæc obiecere. Vna
res est. qd nūq̄ eā uoluisse nubere post priorē maritū. sed meis carminibus coactā di
xere. Altera res ē de epistolis eius. quam cōfessionem magiæ putant Deinde sexagesi
mo anno ætatis. ad libidinem nupsisse. Quod in uilla ac non in oppido. tabulę nup
tiales sint consignatę. tertio & quarto loco obiecere. Nouissima & eadē īuidiosissima
criminatio de dote fuit. ibi omne uirus. totis uiribus adnixi effudere. ibi maxime an
gebantur. atque ita dixere me grandem dotem mox in principio coniunctionis no
stræ mulieri amanti. remotis arbitris in uilla extorsisse. Quę oīa tam falsa. tā nihili. tā
inania ostēdam. adeoque facile & sine ulla controuersia refutabo. ut mediusfidius ue
rear maxime. qque in consilio estis. ne demissum & subornatū a me accusatorem pu
tetis. ut inuidiam meam reperta occasione palam restinguerem. mihi credite: quod re
ab se intelligetur. oppidoq̄ mihi laborandum est. ne tam friuolam accusationem me
potius callide excogitasse. q̄ illos stulte suscepisse existimetis. Nunc dum ordinem
rei breuiter persequor & efficio ut ipse Emilianus recognoscat. falso se ad inuidiam
meam inductum. & longe a uero aberrasse. necesse habeat confiteri: quæso ut

adhuc feceritis: uel si quo magis etiam potestis: ipsum fontem & fundamētū mēdacii huiusce diligentissime cognoscatis. A emilia pudentilla quæ nūc mihi uxor ē: ex quodā Sicinio amico: q cū antea nupta fuerat: pontianū & Pudentem filios genuit: eosq; pupillos in potestate aui relictos paterni. nā superstite patre amicus decesserat. per annos ferme quattuordecim memorabili pietate sedulo aluit. nō tamē lıbēter ī ipso ætatis suæ flore tam diu uidua. Sed puerorū auus: inuitam eā conciliare studebat alteri filio suo Sicinio claro: eoq; cæteros ꝓcos absterrebat. & præterea minabatur si extrario nupsisset: nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturū: quā contionē cū obstinate ꝓpositam uideret mulier sapiēs: & egregie pia: ne quid filiis suis eo noīe ī cōmodaret. facit qdē tabulas nuptiales: cū quo uidebatur cū Sicinio claro uez enimuero uanis frustrationibus nuptias eludit: eo ad dum puerorū auus fato cōcessit: relictis filiis eius hæredibus: ita ut pontianus q maior natu erat: fratri suo tutor esset. Eo scrupulo liberata: cū a principibus uiris in matrimoniū peteretur: decreuit sibi diutius in uiduitate non ꝑmanēdū. qppe ut solitudinis tediū ꝑpeti posset: tamē ęgritudinem corporis ferre nō poterat: mulier sancte pudica: tot annis uiduitatis sine culpa: sine fabula: assuetudine coniugis torpens: & diutino situ uiscerum sautia: uitiatis intimis uteri: sæpe ad extremū uitæ discrimen doloribus obortis examinabatur: medici cum obstetricibus consentiebāt: penuria matrimonii morbū quæsitum malum ī dies augeri: ægritudinē ingrauescere: dū ętatis aliquid supsit: nuptiis ualitudinē medicandum. Consilium istud cū alii approbant. tum maxime Emilianus iste: q paulo prius confidētissimo mēdacio adseuerabat: nunq de nuptiis pudentillam cogitasse: prius q foret magicis maleficiis a me coacta: me solū repertum: q uiduitatem eius uelut quandā uirginitatem carminibus & uenenis uiolarem. Sæpe audiui non de nihilo dici mendacem memorem oportere. at tibi Emiliane non uenit in mentem priusquā ego aeeam uenirem: te litteras etiā uti nuberet: scripsisse ad filium eius pontianū: q tū adultus Romæ agebat: Cedo tu epistolam: uel potius da ipsi: legat: sua sibi uoce: suisq; uerbis sese reuincat. Est ne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu qui dē nō potes: ē ne tua ista subscriptio? R ecita qso clarius: ut oēs intelligāt qtū lingua eius manu discrepet. qtumq; minor illi sit mecū: q secū dissentio. Scripsisti ne hæc Emiliane q lecta sunt? nubere illam uelle: & debere: scio: sed quem eligat: nescio. recte tu qdē nesciebas. Pudentilla enī tibi cuius īfestā malignitatē ꝓbe norat: de ipsa re tantū: cæterū de petitore nihil fatebať. at tu dū eā putas etiā nūc claro fratri tuo denupturā: falsa spe īductus: filio quoq; eius pontiano: autor assentiēdi fuisti. Igiť si claro nupsisset: hōi rustico & decrepito seni: sponte eā diceres sine ulla magia iam oli nupturisse. Quoniā iuuenē talem qualem dicitis. elegit. coactā fecisse ais. cæteꝶ semper nuptias aspnatā. nescisti īprobe epistolā tuam de ista re teneri. nescisti te tuomet testimonio conuinctū iri. quā tamē epistolā pudētilla testē & īdicē tuæ uolūtatis ut q te leuē & mutabilē nec minus mēdacē. & īpudētē sciret. maluit retinere. q mittere. Cæterū ipsa de ea re pontiano filio suo R omā scripsit. ēt causas consilii sui plene allegauit. Dixit illa omnia de ualitudine. nihil præterea esse. cur amplius deberet obdurare. Hæreditatem auitā longa uiduitate. cū despectu salutis suæ quæsisse. eādē sūma industria auxisse. iā deum uoluntate. ipsum uxori. fratrē eius uirili togæ idoneos esse. Tandem aliquādo se quoq; pateretur solitudini suæ. & ęgritu dini subuenire. Cęterum de pietate sua. & suptęmo iudicio nihil metuerēt. qualis uidua eis fuerit. talem

Denu ptura

Nup turisse

nuptam futuram. recitari iubebo exēplū epistolæ huius ad filium missę. Satis puto ex istis cuiuis liquere posse Pudentillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam. sed olim sua sponte a nubendo nō alienā: me fortasse præ cæteris maluisse. quæ electio tam grauis fœminæ: cur mihi crimini potius q̄ honori danda sit: nō reperio: non nihil tamen miror quod Emilianus & Rufinus id iudiciū mulieris ægre ferant: cum ii qui Pudentillam in matrimoniū petiuerunt: æquo aio patiantur me sibi prælatū. Quod quidē illa ut faceret filio suo potius q̄ animo obsecuta ē. Ita factum. nec Emilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis litteris matris: cōfestim Romā aduolauit. metuens ne si quē auarū uirū nacta esset. oīa ut sæpe fit: in mariti domū cōferret. ea sollicitudo non mediocriter animū angebat: omnes illi fratriq; diuitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant. Auus modicū reliquerat: mater sestertium quadragies possidebat. Ex quo sane aliquantā pecuniam. nullis tabulis: sed ut æquū erat mera fide acceptam filiis debebat. Hunc ille timorem mussitabat: aduersari ꝓpalam nō audebat: ne uideretur diffidere: cū in hoc statu res esset inter precationem matris & metū filii. forte ne an fato ego aduenio pergēs Alexādriā: dixissem hercule. qd' utinā nunquam euenisset. ni me uxoris meæ respectus prohiberet. hyems anni erat. ego ex fatigatiōe itineris aduect⁹. apud Appios ueteres amicos meos. quos honoris & amoris gratia nomino. aliquā multis diebus decumbo. Eo uenit ad me Pontianus. nā fuerat mihi nō ita pridē ante multos annos Athenis per quosdam communis amicos cōciliatus. & arto postea contubernio intime iunctus: facit omnia circa honorem meū obseruantur. circa salutem sollicite: circa amorem callide: quippe eteni uidebatur sibi peridoneū maritū matri repperisse. Cui bono piculo totā domus fortunā concrederet. Ac primo quidē uoluntatem meā uerbis inuersis periclitabundus. quoniā me uiæ cupidum & cōuersum ab uxoria re uidebat: orat saltē paulisper manere. uelle se mecū ꝓficisci. hyemem alterā pp Syrtis ęstus. & bestias operiēdā. qd illā mihi infirmitas exemisset. multis etiam precibus me ab amicis meis appiis affert. ut sese in domum matris suæ trāsferat: salubriorē mihi habitationē futuram. Præterea prospectu matris qui mihi gratissimus est liberius me ex ea fruiturū. Hæc oīa adnixus impenso studio persuadet: & matrem suam suumq; fratrē puerum istum mihi cōmēdat. non nihil a me in communioribus studiis adiuuatur. Augetur oppido familiaritas: interibi reualesco. Dissero aliquid postulantibus amicis: publice omnes qui aderant. ingenti celebritate basilicam qui locus auditorii erat: complentes. inter alia plæraq; cōgruētissima uoce insigniter acclamant: petētes ut remanerē: fieremq; ciuis æensium. Mox auditorio misso: pontianus eo principio me adort⁹: consensum publice uocis pro diuino auspicio interpretatur: aperitque consilium sibi esse: si ego non nolim: matrem suam cui plurimi inhient. mecum coniungere. quoniam mihi soli ait rerum omnium confidere sese & credere. ut id onus recipiam. quoniam non formosa pupilla. sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. si hæc reputans. formæ aut diuitiorū gratia. me ad aliam conditionē reseruarem. neq; pro amico. neq; ꝓ philosopho facturū. Nimis multa oratio est. si uelim memorare. quæ ego cōtra responderi. Quam diu & quotiens inter nos uerbigeratum sit. quot & qualibus precibus me adgressus. haud prius omiserit. q̄ denique impetrarit. nōquin ego pudentillā. iam anno ꝑpeti assiduo conuictu probe spectassem. & uirtutem eius dotes explorassem. sed ut pote pegrinationis cupiens impedimentū matrimonii aliquantisper recusaueram. mox tamen ta

Mussitabat

Cōcrederet

Periclitabundus

Interibi Reualesco

[erbi]

[a]

[pe]

lẽ fœminã nihilo segnius uolui: q̃ si ultro appetissem. persuaserat idẽ põtianus matri suæ: ut me aliis oĩbus mallet: & quãprimũ hæc ꝑficere incredibili studio auebat: uix ab eo tãtã morã ĩperamus: dũ prius ipse uxorẽ duceret. frater eius uirilis togæ usum auspicaretur. tunc deinde ut nos cõiungeremur. utinã Hercule possem: quæ deinde dicenda sunt: sine maximo causæ dispẽdio trãsgredi: ne pontiano: cui errorẽ suũ deprecanti simpliciter ignoui: uidear nũc leuitatẽ exprobare. Cõfiteor. n. qđ mihi obiectũ est: eũ postq̃ uxorẽ duxerit: a cõspecta fide desciuisse: ac derepente aĩ mutatũ: qđ antea nimio studio festinarat: pari pertinacia ꝓhibitũ isse. Deniq; matrimoniũ nostrum ne coalesceret: quiduis pati: q duis facere: paratũ fuisse: quãuis oĩs illa: tum animi fœda mutatio: & suscepta cõtra matrẽ simultas nõ ipsi uitio uortẽda sit. sed socero eius excelli. Herennio Rufino: q unũ neminem in terris uiliorẽ se: aut ĩprobiorem aut inq̃natiorẽ reliq̃t. Perpaucis hominẽ q̃ modestissime potero: necessario demonstrabo. Nisi oĩo de eo reticuero: opam pdiderit: q; negociũ istud mihi ex summis uiribus conflauit. Hic est. n. puerulí huius ĩstigator: hic accusationis autor. hic aduocatorũ conductor: hic testium exemptor: hic totius calumniæ fornacula. hic Emiliani huius fax & flagellum: idq; apud oĩs intẽperantissime gloriat᷑: me suo machinatu reum postulatũ. Et sane habet ĩ istis qđ sibi plaudat. ẽ. n. litiũ oĩum depector: oĩum falsorũ cõmẽtator: oĩum simulationũ architectus: oĩum malorũ seminariũ: necnon idẽ libidinũ: ganearũq; locus: lustrũ lupanar. Iã ide ab ineunte æuo cũctis ꝓbris palã notus. olim ĩ pueritia: priusquã isto caluitio deformaretur: emasculatoribus suis ad oĩa infanda morigerus. Mox in iuuentute saltandis fabulis: exossis plane & eneruis. sed ut audio indocta & rudi mollitia. Negat᷑. n. qcq̃ histrionis habuisse præter ĩpudicitiam. In hac etiã ætate q̃ nunc est q istũ deperdiũt: multi sunt: honos auribus præfãdus ẽ: domus eius tota lenonia: tota familia cõtaminata: ipse ꝓpudiosus. uxor lupa. filii similes ꝑsus diebus ac noctibus ludibrio iuuẽtutis. ianua calcibus ꝓpulsata. fenestræ cãticis circũ strepitæ: tricliniũ cõmessatoribus inq̃etũ: cubiculũ adulteris peruiũ. neq; eni ulli ad introeundũ metus ẽ. nisi q preciũ marito nõ attulit. Ita ei lecti sui cõtumelia uectigalis ẽ. olim sollers suo: nũc cõiugis corpore: uulgo meret. cũ ipso pleriq; nec mẽtior cũ ipso inquã de uxoris noctibus paciscunt᷑. Iã illa iter uirum & uxorẽ nota collusio. q amplã stipẽ mulieri detulerũt: nemo eos obseruat. Suo arbitratu ascendũt. q ĩ amores uenere signo dato ꝓ adulteris deprehendũtur. & q̃si ad discendũ uenerint: nõ prius abeunt q̃ aliquid scripserit. Quid. n. faciat hõ miser: ampliusculа fortuna deuolutus. quã cũ fraude patris ex inopinato iuenerat: pater eius plurimis creditoribus defœneratus: maluit retinere pecuniã q̃ pudorẽ. nã cũ undiq; uersum tabulis flagitaretur: & quasi ĩsanus ab hoĩbus obuiis teneretur: lex inquit negat posse dissoluere: annulos aureos & oĩa insignia dignitatis abiicit. Cum creditoribus depaciscitur. pleraq; tamẽ rei familiaris ĩ nomen uxoris callidissima fraude confert. ipse egens: nudus. & ignomia sua tectus reliq̃t Rufino huic. non mentior: sestertiũ. xxx. deuorandũ. tantũ eni ad eũ de bonis matris liberũ uenit. præter qđ ei uxor sua quottidianis dotibus q̃siuit. Quæ tamẽ oĩa in paucis annis ita hic degulator studiose ĩ uentrem condidit. & omnimodis cohircinationibus dilapidauit: ut crederes metuere. ne quid habere ex fraude paterna diceretur. homo iustus & merus dedit operam. quod male partũ erat: ut male periret. nec qcq̃ ei relictũ ẽ ex largiore fortuna: præter ambitionẽ miseram & ꝓfundam gulam. Cæterũ uxor iam ꝓpe modũ uetula

Fornacula Depector Emasculator Exossis Deperdiunt

Amplius cula Defœnerntu

C c t l

Inuita & effœta: totã domũ cõtumeliis abnuit. Filia autẽ p adulescentulos ditiores inuita-
mẽtũ mẽto matris suæ: neqcq̃ circũlata: q̇busdã ẽt ꝓcis ad expiundũ pmissa: nisi i facilita-
tẽ Põtiani icidisset: fortasse an adhuc uidua: anteq̃ nupta: domi sedisset. Pontianus ei
multũ q̇dẽ dehortãtib9 nobis: nuptiaꝝ titu ũ falsum & imaginariũ donauit: nõ nes-
cius eã paulo ante q̃ duceret: a quodã hõestissimo iuuene: cui prius pacta fuerat: post
sacietatẽ derelictã. Venit igit̃ ad eũ noua nupta. secura. & intrepida. pudore dispolia
to. flore exoleto. flãmeo obsoleto. uirgo rursum post recẽs repudiũ. nomen potius af
ferens puellæ. q̃ integritatẽ. uectabatur octophoro. uidistis ꝓfecto q affuistis. q̃ ipro
ba iuuenum circũspectatrix. q̃ imodica sui ostentatrix. Quis nõ disciplinam matris
Pur- agnouit. cũ in puella uideret imedicatũ os & purpurissatas genas? & illices oculos?
puris- dos erat a creditore oĩs ad ternũtium pridie sumpta. & q̇dẽ grãdior q̃ domus exhau-
satus sta. & plena liberis postulabat. Sed. n. iste ut ẽ rei modicus. spei imodicus. pari aua-
Ter- ricia & egestate. totũ pudentillæ quadragies præsumptione cassa deuorarat. eoq; me
nunti amoliendum ratus. quo facilius pontiani facilitatem. pudentillæ solitudinẽ circũue-
um niret. infit generũ suũ obiurgare. ꝙ matrem suam mihi desponderat. suadet quãpri-
Extra mũ ex tanto piculo dum licet. pedẽ referat. Res matris ipse potius habeat. q̃ hõi ex-
rius trario sciens trãsmittat. ni ita faciat. iniicit scrupulũ amãti adulescentulos. ueterator
minatur se filiã abducturũ. Quid multis? iuuenẽ simplicẽ: præterea nouæ nuptæ ille
Obfre cebris obfrenatũ. suo arbitratu de uia deflectit. It ille ad matrẽ uerboꝝ Rufini geru
natus l9. sed neqcq̃ tẽptata ei9 grauitate. ultro ipse leuitatis & icõstãtię icrepit9. reportat ad
soceꝝ haud mollia. Matri suæ pręter igeniũ placidissimũ. & imobile: irã quoq; sua ex
Accen postulatiõe accẽsisse. nõ mediocre ꝑtinaciæ adiuuẽtũ. Respõdisse eã deniq; nõ clã se eẽ
sisse Rufini ex oratione secum expostulari. eo uel magis sibi auxilium mariti. aduersum
Aq̃rio eius desperatam auaritiã comparandum hisce auditis. exacerbatus aquariolus iste
lus uxoris suæ ita ira extimuit ita exarsit furore ut in fœminam sanctissimam & pudicis-
simam præsente filio eius digna cubiculo suo diceret. Amatricem eam me magum &
ueneficum clamitaret multis audientibus. quos si uoles nominabo se mihi sua manu
mortem allaturum. Vix hercule possum ire moderari ingens indignatio animo obo-
ritur tu ne effœminatissime tua manu cuiquam uiro mortem minitaris. At qua tandẽ
manu. Philomenæ an medeæ an Clitennestræ qua tamen consultas tanta mollicia aĩ
tanta formido ferri est sine cludine saltas. Sed ne longius ab ordine digrediar. Puden
tilla postq̃ filium uidet preter opinionem contra suam esse sentẽtiã deprauatum. rus
profecta scripsit ad eum obiurgandi gratia illas famosissimas litteras. quibus ut isti
aiebant confessa est sese mea magia in amorem inductam dementare quas tamen litte
ras tabulario pontiani præsente & contra scribente Emiliano nudiustertius tuo iussu
maxime testato descripsimus i quibus omnia contra prædicationem istorum pro me
Excu- reperiuntur q̃q̃ etsi districtius magum me dixisset posset uideri excusabunda. se fi-
sabun lio uim meam q̃ uoluntatem suam causari maluisse. an sola phœdra falsum epistoliũ
da de amore commentata est. An non omnibus mulieribus hæc ars usitata est ut cum ali
i- quid eiusmodi uelle ceperunt malint coacte uideri. ꝙ si aio etiam ita putauit me ma-
i- gum esse iccirco ne magus habear quia hoc scripsit pudentilla: uos tot argumẽtis. tot
testibus. tanta oratione magum me non ꝓbatis illa uno uerbo ꝓbaret. Et quanto tã
dem grauius habendum est. quod in iudicio subscribitur quam quod in epistola scri
bitur. Quin tu meismet factis nõ alienis uerbis reuincis: Cæterum eadẽ uia multi

rei cuiusuis maleficii postulabuntur: si ratum futurum est: quod quisq; i epistola sua uel amore uel odio cuiuspiam scripserit. Magum te scripsit pudentilla: igitur magus es. Quid si consulem me scripsisset: consul essem: quid enim si pictorem. si medicum quid deniq; si innocentem: nũ aliquod hoꝝ putares iccirco ꝙ illa dixisset nihil scilicet: At qui piniuriũ est: ei fidem in peioribus habere: cui in melioribꝰ nõ haberes posse litteras eius ad perniciẽ nõ posse ad salutẽ. Sed inquieti aĩ fuit: efflictim te amabat concedo interim. nun tamen omnes qui amantur: magi sunt. si hoc forte qui amat scripserit. Cedo nunc quod pudentilla me in eo tempore non amabat. siquidem id foris scripsit. quod palã erat mihi obfuturũ. Postremo q̃d uis sanã an insanã fuisse dũ scriberet. sanam dices. Nihil ergo erat magicis artibus passa. Insanam respondebis: Nesciit ergo quid scripserit eoq; ei fides nõ habenda est. imo ẽt si fuisset insana: insanã se esse nescisset. Nã ut absurde facit qui tacere se dicit: quod ibidem dicendo tacere sese nõ tacet & ipsa ꝓfessione quod ꝓfitetur infirmat: ita uel magis hoc repugnat: Ego insanio quod uerum non est: nisi sciens dicit. porro sanus est qui scit quid sit insania. qppe insania scire se non potest. nõ magis q̃ cæcitas se uidere. Igitur pudẽtilla cõpos mẽtis se non putabat. possũ si uelim pluribus. Sed mitto dialecticam. ipsas litteras longe aliud clamantis: & quasi dedita opera ad iudicium istud præparatas. & accommodatas recitabo. Accipe tu: & lege. Vsq; dum ego inter loquar substine pulisper quæ sequuntur. nã & diuerticulũ rei uẽtum est. Adhuc enim maxime q̃tũ equidẽ aĩaduerti: nusq̃ mulier magiam nominauit. sed ordinem repetiuit eundẽ quem ego paulo prius longa uiduitate: de remedio ualitudinis: de uoluntate nubendi: de meis laudibus q̃s ex pontiano cognouerat: de suasu ipsius ut mihi potissimum nuberet. Hæc usq; adhuc lecta sunt. superest ea pars epistolæ: quæ similiter pro me scripta: in me metipsũ uertit cornua: ad expellẽdũ a me crimen magiæ: sedulo omissa: mẽorabili laude Rufini uice mutauit. & ultro contrariam mihi opinionem quorundã æensiũ: quasi mago quæsiuit. Multa fando maxime audisti: & plura legendo didicisti: non pauca experiendo cõperisti. Sed enim uersutiã tã insidiosã tam admirabili scelere conflatam: negabis te unq̃ cognouisse quis palamedes: quis Sisiphas. quis deniq; Euribates aut phirimondas talem excogitasset. Omnes isti quos nominaui. & si q præterea fuerũt dolo memorãdi: si cum hac una Ruffini fallacia cõtendãtur. machi prorsus & bochones uidebũtur. O mirũ cõmetum. o subtilitas digna carcere. & robore. qs credat effici potuisse. ut quæ defensio fuerat eadem manẽtibꝫ eisdẽ litteris ĩ accusatiõe trãsuerteretur. Est Hercule icredibile. sed hoc incredibile. ꝙ sit factũ ꝓbabo. Obiurgatio erat matris ad filium ꝙ me talẽ uirũ. qualẽ sibi prædicasset. nunc de Ruffini sententia magum dictaret. Verba ipsa ad hunc modum se habebant.

Hæc ipsa uerba Rufinus. quę gręce interposuit sola excerpta & ab ordine suo seiugata quasi cõfessionem mulieris circunferẽs & põtianũ per forum ductas uulgo ostendebat ipsas mulieris litteras: illatenus qua dixi legendas præbebat cætera supra & infra scripta occultabat. Turpiora eẽ q̃ ut ostẽderẽtur: dictitabat. Satis esse confessionem mulieris de magia cognosci. Quid quæris. uerisimile oĩbꝫ uisũ. Quę purgandi mei gratia scripta erant eadẽ mihi ĩmanẽ inuidiã apud imperitos conciuere. Turbabat ĩpurus hic in medio foro bacchabundus. epistolam sæpe aperiens ꝓquiritabat. Apuleius magus dicit ipsa quæ sentit & patitur q̃d uultis amplius. Nemo erat qui pro me ferret: ac si responderet. Totam sodes epistolam ce-

Efflictim

Diuerticulũ

Bochones

Illatenus

do. Sine oĩa ĩspiciam pricipio ad finem plegã. multa sunt. quæ sola prolata. calum-
niæ possint uideri obnoxia. cuiauis oratio insimulari põt. si ea q̃ e prioribus nexa sunt
principio sui defraudentur. si quædã ex ordine scripto℞ ad libidinẽ supprimantur. si
quæ simulationis cã dicta sũt. adseuerantis ꝓnũciatione: q̃ exprobrantis legantur.
Hęc & id genus ea q̃ merito tũc dici potuerint. ipse ordo epistolæ ostẽdat. At tu Emi
liane recognosce an & hæc mecũ testato descripserit. Oro te maxie si litteræ ita ut par
tim uocales dicũtur et ꝓpriã uocẽ usurparent si uerba ita ut poetæ aiunt pinnis apta
uulgo uolarent nonne cũ primũ epistolã istã Rufinus mala fide excerperet pauca le
geret multa & meliora sciens reticeret nõne tunc cæteræ litteræ sceleste se detineri ꝓ
clamassent uerba suppressa de Rufini manibus foras euolassẽt. Totũ forũ tumultu
cõplessent si quoq₃ a Pudentilla missas: Sibi ẽt q̃ dicerent mandata improbo ac nefa-
rio hoĩ per alienas litteras falsũ facere tẽptanti ne auscultarent: Sibi potius audirent
Apuleiũ magiæ nõ accusatũ a Pudentilla sed accusante Rufino absolutũ. Quæ om
nia etsi tum dicta non sunt: tũ nunc cũ magis ꝓsunt: luce illustrius apparent. Patent
artes tuæ Rufine: fraudes hiant: detectũ mendaciũ est ueritas olim interuersa: nunc
se effert. & uelut alto barathro calumnias emergit. Ad litteras pudentillæ prouoca-
stis. Litteris uinco: qua℞ si uultis extremã quoq₃ clausulã audire non inuidebo. Dic
Obcã tata tu quibus uerbis epistolam finierit mulier obcantata: uecors: amens amãs. Etiam ne
amplius reclamat uobis pudentilla: & sanitatem suam a uestris calumniis quodam
præconio uindicat. Nubendi autem seu rationem seu necessitatem fato ascribit a quo
multum magia remota est uel potius omnino sublata. Quæ enim relinquitur uis cã-
taminibus & ueneficiis si fatum rei cuiusque ueluti uiolentissimus torrens neque reti-
neri potest: neque impelli. Igitur hac sententia sua pudentilla non modo me magũ
sed omnino esse magiam negauit. Bene quod uos festinatio iudicii anteuortit nequid
in istis litteris ex ocio nouaretis. Tuum hoc maxime tuæque prouidentiæ beneficium
est quod a principio intellectas calumnia ne corroborarẽtur tempore. præcipitasti &
nulla impartita mora subneruasti. Finge nunc aliquid matrem filio secretis litteris de
amore uti assolet: confessam: hoccine uerum fuit Rufine: hoc non dico pium: sed sal-
tem humanum promulgari eas litteras & potissimum filii præconio publicari. Sed
sum ego inscius qui postulo ut alienum pudorem conserues. qui tuum perdideris.
Cur autem præterita conqueror cum non sint minus acerba præsentia. Huc usque a
uobis miserum istum puerum deprauatum ut matris suæ epistolas quas putat ama-
torias pro tribunali proconsuli recitet. apud uirum sanctissimum. cl. Maximum: an
te has imperatoris pii statuas filius matris suæ pudenda exprobret stupra: & amores
Suspi ritus obiectet. Quis tã ẽ mitis: qn exacerbescat. Tu ne ultro parentis tuæ aĩum ĩ istis scru-
tãs oculos obseruas: suspiritus numeras: adfectiões exploras. tabulas ĩtercipis. amo
rẽ reuincis. Tu ne qd ĩ cubiculo agat pquiris: ne mater tua nõ dico amatrix: sed ne oĩo
fœia est: ne tu in ea cogitas nisi unã parẽtis religionẽ. O ĩfœlix ute℞ tuũ pudentilla o
sterilitas liberis potior o infausti decẽ menses. o ingrati. xiiii. ãni uiduitatis. uipera ut
audio: exeso matris utero in lucẽ ꝓserpit: atq₃ ita parricidio gignitur: At enĩ tibi a fi-
lio iã adulto acerbiores morsꝰ uiuenti & uidẽti: offeruntur silentiũ tuũ laniatur: pu-
dor tuꝰ carpitur pectꝰ tuũ foditur uiscera ĩtima ꝓtrahuntur. Hascine gratias bonus
filius matri respondes: ob datã uitã: ob acquisitã hæreditatem: ob. xiiii. anno℞ lon-
gas alimonias. Hiscine te patruꝰ disciplinis erudiuit: ut si cõpertũ habeas: filios tibi

similes futuros: nõ audeas ducere uxorẽ. Est ille poetæ uersus nõ ignotus. Odi pueru
los præcoci sapientia. sed enĩ malicia præconi pueꝝ. Quis nõ auersetur: atq; oderit:
cũ uideat uelut monstrũ quoddã primus robustos scelere q̃ tẽpore ante nocentem q̃
potentẽ: uiridi pueritia cana malicia: uel potius hoc magis noxiũ: ꝙ cũ uenia perni-
ciosus est: & nõdũ pene iã iniuriæ sufficit: iniuriæ dico imo enĩ sceleri aduersũ parentẽ
nefando ĩmani ĩpetibili. Athenienses quidẽ pp cõe ius humanitatis ex captiuis episto Impe-
lis philippi macedonis hostis sui unã epistolã: cũ singulæ p[l]ublice legerentur recita- tibilis
ri ꝓhibuerunt: quæ erat ad uxorẽ olympiadẽ conscripta: hosti potius pepercerunt:
ne maritale secretũ diuulgarent præferendũ rati fas cõe ꝓprie ultioni. Tales hostes ad
uersus hostẽ. Tu qualis filius matris epistolas de amore ut ais scriptas. i isto cœtu le-
gis in quo si aliquẽ poetã lasciuiorẽ iubereris legere: ꝑfecto nõ auderes pudore tũ ali
quo impedire: imo enim nũq̃ matris tuæ litteras attigisses si ullas alias litteras attigis
ses: ad quã ausus es tuã ipsius epistolã legendã dare quã nimis irreuerenter: nimis cõ-
tumeliose: & turpiter de matre tua scriptã cum adhuc in eius sinu alerere: miseras clã-
culo ad pontianũ. s. ne semel peccasses: ac tã bonũ tuũ factũ obtuto capesseret. Mi-
ser non intelligis iccirco patruũ tuũ hoc fieri passũ: quo se oĩbꝫ purgaret: si ex litteris
tuis nosceretur: te ẽt priꝰ q̃ ad eũ cõmigrasses: ẽt cũ matri blãdirere. tũ iã tũ uulpionẽ
& ĩpiũ fuisse. Cæteꝝ neq; in aĩum inducere. tam stultũ Emilianũ eẽ ut arbitretur mi-
hi lr̃as pueri & eiusdẽ accusatoris mei obfuturas. Fuit & illa cõmenticia epistola: neq;
mea manu scripta: neq; uerisimiliter cõficta: qua uideri uolebant blanditiis a me mu-
lierẽ sollicitatã. Cur ergo blandirer si magiæ cõfidebã: qua aũt uia ad istos ꝑuenit epi
stola: ad pudentillã. s. ꝑ aliquẽ fidelẽ missa ut in re tali actitari solet: cur præterea tam
uitiosis uerbis: tam barbaro sermone ego cõscriberẽ: quẽ iidẽ dicunt nequaquã græ-
cæ linguæ ĩpitũ. Cur aũt tã absurdis: tanq; tabernariis blandiciis subagitarẽ: quem
iidẽ aiũt uersibꝫ amatoriis satis scite lasciuire. Sic est ꝑfecto cuiuis palã ẽ. Hic q̃ epi-
stolã Pudentillæ græcatiorẽ legere nõ poterat: hãc ut suã faciliꝰ legit: & aptiꝰ commẽ
dauit. Sed iã de epistolis satis dictũ hẽbo: si hoc unũ addidero: pudẽtillã q̃ scripserat Græca
dissimulamẽti cã & deridiculi post hasce lr̃as euocasse ad se filios: & nuꝝ cũ his ferme tior
duobꝫ mẽsibꝫ cõuersatã dicat hic piꝰ filius qd in eo tpe secus agentẽ uel loquẽtẽ ma- Dissi-
trẽ suã pp ĩsaniã uiderit. neget eã rationibꝫ uilliconũ: & opilionũ: & eqsitionũ: soler- mula-
tissima subscripsisse. neget fratrẽ suũ põtianũ grauiter ab ea monitũ ut sibi ab ĩsidiis mentũ
Rufini caueret. Neget uere obiurgatũ qd lr̃as quas ad eũ miserat uulgo circũtulisset Villi-
nec tñ bona fide legisset. Neget post ista quæ dixi. matrẽ suã mihi apud uillã iam pri- cones
dẽ cõdicto loco nupsisse. Quippe ita placuerat in suburbana uilla potiꝰ ut cõiũgare-
mur. ne ciues denuo ad sportulas cõuolarent. cũ aut pridẽ pudentilla de suo qnqua-
ginta milia nummũ in populũ expũxisset ea die: qua põtianus uxorẽ duxit & hic pue
rulꝰ toga est inuolutus. Præterea ut cõuiuiis multis ac molestiis supersederemꝰ: quę
ferme ex more nouis maritis obeunda sunt. Habes Emiliane causã totã: cur tabulæ
nuptiales inter me ac pudentilla. nõ in oppido sint. sed in uilla suburbana cõsignatæ.
ne qnq̃ginta milia nũmũ denuo ꝓfundẽda essent. nec tecũ aut apud te cœnãdũ esset.
Estne cã idonea. Miror tñ qd tu a uilla tantopꝑe abhorreas q̃ plerũq; rure uersere. Lex
quidẽ Iulia de maritandis ordinibus nunq̃. s. ad hunc modũ interdicit. Vxorẽ in uil-
la ne ducito. Immo si ueꝝ uelis. uxor ad prolẽ multo auspicatius in uilla q̃ in oppido
ducitur. In solo uberi: q̃ in loco sterili. In agri cespite: q̃ in fori silice: Mater futura in

ipso materno. si nubat in segete. adulta super fœcundam glebam. uel enim sub ul-
mo marita cubet in ipso gremio terræ. matres inter soboles herbaꝝ: & propagines ui
tium. & arboꝝ germina. ibi & ille celleberrimus in comœdiis uersus de proximo cō
gruit: Romanoꝝ et maio
ribus quintiis & serranis & multis aliis similibus. non modo uxores uerum etiam cō
sulatus. & dictaturæ in agris offerebantur. Cohibebā me in tam prolixo loco ne tibi
gratum faciam si uillam laudauero. De ætate uero Pudentillæ. de qua post ista satis
confidenter mentitus es ut etiam. lx: annos natam diceres nupsisse. de ea paucis tibi
respondebo. Nam in re tam perspicua non opus est pluribus disputare. Pater eiꝰ na
tam sibi filiam more cæteroꝝ professus est tabulæ eius partim tabulario publico ptī
domo adseruantur. Quæ tibi ob os obiiciūtur. porrige Emiliano tabulas istas lignū
consideret: signa quæ ipressa sunt recognoscat: consules legat annos cōputet quos. lx
mulieri assignabat probet quinq; & quinquaginta: lustro mētitus est: parum hoc est
liberalius agam. Nam & ipse pudentillæ multos annos largitus est. Redonabo
igitur uicissim: Decem annos mezentius cum ulyxe errauit quinquaginta saltem
annorum mulierem ostendat. Quid multis: ut cum quadruplatore agam bis duplū
Quadruplator — quinquennium faciam. xx. annos semel detraham. Iube maxime consules computa
ri: nisi fallor inuenies nunc pudentillæ haud multo amplius. xl. annorum ætatis ire.
O falsum audax & nimiū. o mendacium. xx. annoꝝ exilio puniendū: dimidio tanta
Emilianæ mentiri falsa audeas sesqualtera? Si. xxx. annos pro decem dixisses: posses
uideri pro cōputationis gestu errasse quos circulare debueris digitos: aperuisse. Cum
uero. xl. quæ facilius cæteris porrecta palma significātur: ea. xl. tu dimidio auges nō
potes digitorum gestu errasse: nisi forte. xxx. annoꝝ pudentillā ratus: binos cuiusq;
anni consules numerasti. Missa hæc facio: uenio nunc ad ipsum stirpē accusationis:
ad ipsam causam maleficii respondeat Emilianus & Rufinus ob quod emolumentū
& si maxime magus forem: pudentillam carminibus & uenenis ad matrimoniū pel-
lexissem. Atq; ego scio plerosq; reos alicuius facinoris postulatos si fuisse quæpiā cau
sæ probarentur: hoc uno se tamen abunde defendisse. Vitam suam procul ab huius-
modi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere: q̄ uideantur quædā fuisse ad ma
leficium perpetrandum inuitamenta: non enim omnia quæ fieri potuerint pro factis
habenda. Rerum uices uarias euenire: certum indicem cuiusq; animum esse: qui sem
per eodem ingenio ad uirtutem uel ad maliciam moratus: firmum argumentum est
accipiendi criminis aut respondendi. Hæc ego q̄q̄ possim merito dicere: tamen uobis
condono. Nec satis mihi duco si me omnium quæ insimulastis abūde purgaui: si nus
q̄ passus sum: uel exiguam suspicionem magiæ consistere. reputate uobiscum quāta
fiducia innocentiæ meæ: quantoq; despectu uestri agam. si una causa uel minima fue-
rit inuenta: cur ego debuerim pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodū appe
tere si qualibet modicum emolumentum probaueritis: Ego ille sim Carinondas: uel
Damigeron: uel Hismoses: uel Ioannes. uel Apollonius. uel ipse Dardanus: uel qui
cunq; alius post Zoroastren & Hostanen inter magos celebratus est. Vide q̄so maxi
me quem tumultum suscitarint quoniam ego paucos magorum nominatim percen
sui. Quid faciam tam rudibus tam barbaris doceam Rufinum. Hæc & multo plu-
ra alia nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse. An di-
sputem longe aliud esse noticiam nominum. aliud artis eius[illegible]m habere communio-

nem: nec debere doctrinæ instrumentum & eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi. An quod multo præstabilius est tua doctrina Claudi maxime tuaq; perfecta eruditione fretus. contemnam stultis & impolitis ad hæc respondere? Ita potius faciam quid illi existiment nauci non putabo. quod institui pergam disputare nullam mihi causam fuisse pudentillam ueneficiis ad nuptias prolectandi formã mulieris & ætatem ipsi ultro improbauerunt. idq; mihi uitio dederunt talem uxorem cã auaritiæ concupisse atq; adeo primo dotem in congressu grandem & uberem rapuisse. Ad hæc maxime longa oratione fatigare te non est consilium. nihil uerbis opus est cum multo disertius ipsæ tabulæ loquãtur. In qb9 oĩa cõtra q̃ isti ex sua rapacitate de me quoq; coiectauerũt facta ĩpresentiaꝝ & ꝓuisa ĩposteꝝ deprehendes. iam primum mulieris locupletissimę modicã dotẽ neque eã datã. sed tantũmõ ꝓmissã pręter hęc ea conditione factam coniectionẽ si nullis ex me susceptis liberis uita demigrasset: ut dos oĩs apud filios eius pontianũ & pudentẽ maneret. Sin uero uno una ue superstite diẽ suum obisset: uti tum diuidua pars dotis posteriori filio reliqua prioribus cederet. Hæc ut dico tabulis ipsis docebo. Fors fuerit ut ne sic quidẽ credat Emilianus sola. ccc. milia nummũ scripta eorũq; repetitionẽ filiis pudentillæ pacto datã: capiens ipse tu manib9 tuis tabulas istas. da ĩpulsori tuo Rufino legat: Pudeat illũ tumidi aĩ sui: & ambitiosæ mendacitatis q̃ppe ipse egẽs nudus. cccc. milib9 nũmũ a creditore acceptis filiã dotauit pudẽtilla locuples fœia. ccc. milib9 dotis fuit cõtenta: & maritũ hẽt & multis sæpe & ingẽtibus dotib9 spretis inani noĩe tantulæ dotis cõtentũ. Cæterũ præter uxorẽ suã nihil cõputantẽ oẽm suppellectilẽ cũctasq; diuitias in concordia cõiugis: & multo amore ponentẽ. Quãq̃ q̃s oĩm uel exigue reꝝ peritus culpare auderet: si mulier uidua & mediocri forma at non ætate mediocri: nubere uolẽs: longa dote & molli conditione inuitasset iuuenẽ: neq; corpe neq; aĩo neq; fortuna pœnitendũ. Virgo formosa & si sit oppido paup tñ abunde dotata est: affert q̃ppe ad maritũ nouũ aĩ indolẽ pulchritudinis gratiã: floris rudimẽtũ. Ipsa uirginitatis cõmendatio iure meritoq; oib9 maritis acceptissima est. Nã q̃dcũq; aliud in dotẽ acceperis: potes cũ libuit ne sis beneficio obstrict9: oẽ ut acceperas: retribuere prædiis cædere: sola uirginitas cũ semel accepta est reddi nequitur. Sola apud maritũ ex rebus dotalibus remanet. Vidua autẽ qualis nuptiis uenit: talis diuortio digreditur nihil affert impossibile: sed uenit iã ab alio præflorata: certe tibi ad q̃ uelis minime docilis nõ min9 suspectãs nouã domũ: q̃ ipsa iã ob unũ diuortiũ suspectãda: siue illa morte amisit maritũ ut scæui oĩs mulier & infausti cõiugii: minime appetenda: seu repudio digressa ẽ: utrãuis habeat culpa mulier quæ aut tam intolerabilis fuit: ut repudiaretur: aut tã ĩsolẽs ut repudiaret. Ob hæc & alia uiduæ dote aucta procos sollicitant q̃d pudẽtilla quoque in alio marito fecisset: si phũm spernentẽ dotis nõ repperisset. Age uero si auaritiæ cã mulierẽ cõcupissem q̃d mihi utilius ad possidendã domũ eius fuit: q̃ simultatẽ inter matrẽ & filios serere: Alienare ab eius aĩo liberoꝝ caritatẽ. quo liberius & arcti9 desolatã muliere solus possiderẽ. Fuit ne hoc prædonis: q̃d esse uos fingitis. Ego uero q̃etis & cõcordiæ & pietatis autor cõciliator: fauissor nõ mõ noua odia nõ serui. sed uetera quoq; funditus extirpaui. Suasi uxori meæ: cuius ut isti aiũt iam uniuersas opes transuorarã: suasi ĩquã ac deniq; persuasi: ut filiis pecuniã suã reposcẽtib9. de quo supra dixerã: ut eã pecuniã sine mora redderet in prædiis: uili æstimatis: & q̃to ipsi uolebãt. Præterea ex re familiari sua fructuosissimos agros: & grandẽ domum: opulẽte

Pręflorata

cui templum consecratum est in monte Libyę circa litus crocodillorum in quo eius
iacet mũdanus hõ idest corp⁹. Reliquus. n. uel poti⁹ totus sicut homo totus ĩ sensu
uitę melior remeauit ĩ cęlũ oĩa ẽt nũc adiumẽta hoĩb⁹ pręstãs. Hermes cui⁹ noĩ aui
mihi nomẽ ẽ si cognomẽ patriæ ꝯsistẽs oẽs mortales undiq; uẽiẽtes adiuuat atq; ꝯser
uat. Vñ ꝯtingit ab ægyptiis hæc scã aĩalia nũcupari & ꝑ singulas ciuitates coli eoꝝ

aīas quoꝝ sunt consecratæ uiuētes ita ut eoꝝ legib9 incolātur: & eorū noībus nuncupentur. per hanc cām o asclepi q̄ aliis quæ collenda uidētur atq; uenerāda apud alios habetur ac propter bellis se lacessere ægyptioꝝ ciuitatis solent. ASCLEPIVS. Et hoꝝ Trimegiste deoꝝ qui terreni habentur cuiusmodi est qualitas. TRIMEGISTVS. Constat o Asclepi de lapidibus & de aromatibus uim diuinitatis naturalem habentibus i se & propter hanc cām sacrificiis frequētibus oblectantur hymnis & laudib⁹ dulcissimis sonis in modū cælestis harmoniæ concinētibus ut istud qd est cælesti usu & frequentatiōe illectū i idola possit letū humanitas patiens longa durare per tpa sic deoꝝ actor ē hō & ne putasses fortuitos effectus eē terrenorum deorū o Asclepi: dii cælestes inhabitant sūma cælestia unusq̄sq; per ordinē quē accepit complens atq; custodiens. Hi uero nostri sigillatim quędā curātes quędā sortib9 & diuinatione pręcedentes his pro mō subuenientes. humanis quasi amica cognatiōe cōciliantur. ASCLEPIVS. Quā ergo partē rōnis εἱμαρμένη uel facta incolunt. Trimegiste si cælestes dii dominantur terreni incolunt singula quā εἱμαρμένη nuncupamus. TRIMEGISTVS. O Asclepi ea est necessitas omniū quæ geruntur semp sibi catenatis nexibus iuncta. Hæc itaq; ē aut affectrix rerū aut summus deus: aut ab ipso deo qui secundus effectus est deus ut omniū cælestiū terrenarūq; rerū firmata diuinis legibus disciplina. Hæc itaque εἱμαρμένη & necessitas ambe sibi inuicē indiuido cōnexę sunt glutino. quaꝝ prior εἱμαρμένη rerū omniū parit initia. Necessitas uero cogit ad effectum quæ ex illis primordiis dependet. Has ordo cōsequitur idest cōtextus & distinctio tpis rerū pficiendarū. Nihil est enim sine ordinis compositione. In omnib⁹ istis mundus iste pfectus est. ipse enim mundus origine gestatur uel totu s cōstat ex ordīe. Hęc ergo tria: εἱμαρμένη idest fatum necessitas ordo uel maxime dei nutu sunt effecta: qui mundū gubernat sua lege & ratiōe diuina. Ab his ergo oē uelle & nolle diuinitus auersum est totū: nec ira etenim commouētur nec flectuntur gratia: sed seruiunt necessitati rōnis æternæ quæ æternitas inauersabilis immobilis insolubilis ē. Prima ergo εἱμαρμένη est quæ uelut iacto semine futurorum oīum suscipit prolē. sequitur necessitas qua ad effectū coguntur oīa. Tertius ordo textū seruans eaꝝ reꝝ quas εἱμαρμένη necessitasq; disponit. Hęc ergo æternitas quæ nec cæpit eē nec desinet: quæ fixa imutabili lege currendi sempiterna cōmotōe seruatur oriturq; & occidit alterna sæpe per membra ita ut uarietatis temporibus iisdē quibus occiderat membris oriatur sic enim & rotunditatis uolubilis ratio ut ita sint sibi coartata cuncta ut quid sit uolubilitatis initium ignores cum omnia se semper & præcedere & sequi uideantur. Euentus autem uel sors isunt omnibus permixta mundanis. Dictum est nobis de singulis ut humanitas potuit ut uoluit permisitq; diuinitas. Restat hoc solum nobis ut benedicentes deum orantesque ad curam corporis redeamus. satis enī de diuinis rebus tractantes mentem uelut animi pabulis saturauimus. De adyto uero egressi cum deum orare cæpissent in austrum respicientes erant sole etenim occidente cum quis deum orare uoluerit illuc debet respicere sicut & sole oriente in eum qui subsolanus dicitur. Iam ergo dicentibus pręcationem Asclepius. ait. submissa uoce oranti suggeramus patri: quod iusserit: ut thure addito: & pinguētis præcē dicamus deo quē Trimegistus audiēs. atq; cōmotus ait. melius omnia re o Asclepi. hoc. n. sacrilegiis simile ē cū deū roges thus atque cætera in-

cẽdere. Nihil enim deest ei: qui ipse est oĩa. Sed nos agentes gratias adoremus. Hæc enim sunt incessiões dei cũ aguntur grates a mortalibus. Gratias tibi agimus sũme & exuperãtissime: tua enim gratia tantũ sumus cognitiõis tuę lumẽ cõsecuti: nomẽ sã ctũ: & honorãdũ nomẽ unũ. quo solus deus est benedicẽdus religiõe paterna. quoni am oĩbus paternã pietatẽ & religionẽ & amorẽ & quæcunq; ẽ dulcior efficacia prębe re dignaris. & donas nos sensu. rõe intelligẽtia: sensu: ut te cognoscamus rõe ut te su spicionibus idagemus intelligẽtia ut te cognitiõe cognoscẽtes gaudeamus ac numine saluati tuo gaudeamus q͛d nobis te ostẽderis totũ gaudeamus q͛d nos incorporibus sitos & æternitate fueris cõsecrare dignatus. Hæc est enim sola humana gratulatio co gnitio maiestatis tuæ cognouimus te. & lumẽ maximũ solo intellectu sensibili intel leximus te: o uite uera uia. o natorũ oĩum fœcũda generatio: cognouim9 te totius na turæ tuæ plenissime cognouimus te æterna pseueratio. in oĩ enim ista oratiõe adoran tes bonũ bonitatis tuę. hoc tantũ deprecamur: ut nos uelis seruare pseuerãtes in amo re cognitiõis tuæ & nũq̃ ab hoc genere uitę separi. Hoc optantes cõuertimus nos ad pu ram & sine animalibus cœnam.

CVm te intelligã sapientissime atque optime patrũ. tũ Aristotelis acutissimi do ctrinã: cæteroꝝque priscoꝝ philosophoꝝ magnifacere: tũ uero diui Platonis sapiẽtiã purgatissimã in primis admirari sæpe diuque mecum cogitaui suorũ que documẽtoꝝ aliq͛d in latinũ uertere. & q͛d tibi gratũ fore existimarẽ tuo potissimũ nomini dedicare. Itaque cũ libellos meos nup euoluerẽ: Alcinoi opusculũ quoddam reperi in quo sub cõpẽdiaria miraque breuitate opinio atque singula documenta pla tonis attinguntur. Feci igitur ut potui hoc latinum. Tua q͛dẽ fretus humanitate beni uolẽtiaque. quã sp erga me ostẽdisti. Quod si q͛d in eo aut mendosũ aut nõ bene posi tũ reperies tuo recto certoque iudicio corrigeres. Neque sane curaui in cunctis singu lisque uerbis ut facillime uidebis antiquos imitari: sed illis poti9 usus sũ uocabulis in plerisque locis quæ his nostris tẽporib9 in scholis philosophoꝝ frequẽtãtur. putaui enim ad hũc modũ orationẽ fore clariorẽ præsertim cũ pоptime sciã tuę tãtę sapien tię res magis curę eẽ q̃ uerba. Legas igitur uelim hunc libellum sapientissime patrum Quod si tibi tanto uiro tanta doctrina totque uirtutibus donato celitus atque illu strato meus hic transferendi labor dignus uidebitur ad eiusmodi cętera me deincep s q̃ maxime alliciens atque incitabis. Vale.

Alcinoi disciplinarũ platonis Epitoma idest breuiariũ icipit: Episcopi Tropien. ad Nicolaum Cunensem cardinalem conuersio.

QVæ sint ꝓpriissima platonis documenta quę ue doctrina p breui ter hinc ordinare. Philosophia est affectio sapientie quæ soluit ac re ducit ad intelligibilia. Conuertitque nos ad ea que sunt secundum ueritatem. Sapientia autem est scientia humanarum diuinarum que rerum cognitio. Philosophus est qui a philosophia ita denomi natur ut a musica musicus: Hinc enim oportet imprimis affectũ esse erga eas presertim disciplinas. quæ cõuertere atque trahere eũ possunt ad cognitionem intelligibilis substantiæ quæ neque fluxa neque caduca est. deĩde q̃ ardentissime se hẽre erga ueritatem neq; ullo pacto mẽdacio adherere. prete rea & nã q͛dẽ ad modũ honestũ eẽ. ac secũdũ ptẽ aĩæ q̃ passiua ẽ naturaliter remissum

aliur. que ſenſũ

quippe qui erga eorum: quæ sunt: disciplinã affectus est. atque ad eã suũ uertit aium. Illecebras oio spernit uoluptatũ. Opus est ẽt eũ & sententia eẽ liberum: qui philosophus est futurus. Nã pusillanimitas illi aiæ q̃ maxime aduersatur: quę diuina humanaq̃ debeat cõtẽplari. Itẽ erga iusticiã affici. Erga ueritatẽ: liberalitatẽ. & tẽperantiã. Facilitatẽ deniq̃ disciplię: sibi uẽdicare: atque memoriã. siquidẽ res huiscemodi philosophiã pficiunt. Cæterum igenia quæ dignæ sint educata. Vendicaruntq̃ sibi rectã disciplinã: pfectã assequuntur uirtutẽ. Quæ uero negligenter se habent ergo hæc: quæ dicta sũt & male pereunt. & pessimi uadũt. Hæc aũt inter uirtutes plato noiare cõsueuit: tẽperãtiam. scilicet fortitudinẽ. & iustitiã. Duplicẽ esse uitã: contemplatiuã: & practicã. Principatum tenere cõtemplatiuã. quæ cognitiõi ueritatis uacet. practicã uero rebus agendis operã dare: quæ a rõe præcipiuntur. Itaque uenerãdã imprimis esse uitã cõtemplatiuam: deinde practicã necessariã: qđ ãt ita se hẽat: deinceps manifestum erit Est igitur contemplatio actus mentis. intelligibilia intelligentis. Operatio ãt animę rõnalis actus p corpus cõfectus. Aia igitur cõtemplans res diuinas: atque rei diuinę intellectiões: tum bene pati dicitur: quæ qdẽ passio prudentia nuncupatur. qđ nil aliud esse uidetur q̃ rei diuinę assimilari. quã ob rẽ res eximia est. ac ueneranda: cũ acquisibilis sit. nobisque ppriissima. nec ullo mõ phibita: sed penes nos iacet atque cã nobis est ppositi finis. At operatio. & quæ aguntur p corpus phiberi possunt: atque in rebus agendis eorum eget pręsidio. quæ speculantur in uita cõtemplatiua: & meditantur mores hoium. Vir nãque studiosus ad res publicas accedet. cum eas uiderit: a qbusdã male gubernari putãs res claras fore: aut militare: aut iudicar̃ aut legatũ ire & q̃ in rebꝫ agẽdis splẽdide sũt: atque excellentes: ut leges istituere rẽpublicã reformare. Iuuenes instruere: qbꝰ in rebus ne unq̃ qdẽ philosophus. a cõtemplatiõe desistit sed sp eã maiorẽ in modũ nutrit. atque p uiribꝰ auget. ac tãq̃ ex cõsequenti ad res gerendas accedit. Studiũ qppe philosophi: ut platoni placet. tribus in rebus esse uidetur. In eorum scilicet quæ sunt speculatiõe. atque notitia. Itẽ in rebꝫ gerendis. quæ bone sunt. Itẽ in ipsa rõnis speculatiõe. Quæ i noticia rerũ uersatur speculatiua ẽ. Quæ i rebus gerendis practica nominatur. Tertia uero quæ uersatur erga rõnem: dialectica uocatur. Hæc ãt diuiditur in diuisiuã: diffinitiuã. inductiuã & syllogisticã. quæ qdẽ itẽ in demõstratiuã quæ circa necessariũ uersatur syllogismũ: & in pbabile: quæ i opinione fundatur & in rhetoricũ enthimema. s. qui impfectus uocatur syllogismus. itẽ que in sophismate: quæ pars qdem licet apud philosophum nõ sit principalis necessaria tamẽ habetur. qđ practice qdẽ partis aut de moribꝫ aut de re familiari aut de ciuili. de ciuitatisque salute speculatur. Horum qđ primũ est morale uocatur. Alterum domesticum. postremum ciuile. Speculatiuę uero partis: qđ circa immobiles primasque cãs: atque res diuinas theologicũ nũcupatur. qđ circa stellarum fluxũ ac circuitum statumque habetur: atque huiꝰ mũdi cõstitutiõem uocatur naturale: qđ in geometria reliqsque diciplinis uersatur mathematicũ noiatur. itaque hac diuisiõe & philosophiæ specierum ptitiõe præmissa. De speculatiõe dialectica primo dicendum ẽ ut platoni placet. & in primis de re iudiciali cum aliud sit qđ iudicat & aliud qđ iudicatur denique qđ ab his pficitur. iudicium noiamus pprie tamen qdã iudicium ubi res iudicatur. nominaret. sed cõmunius qđ iudicat. hoc ãt est duplex. unum a quo iudicatur. quod iudicatum est alterum per quod quorum. id quidem mens est. Alterum uero per

quod organum naturale potest iudicare principaliter quidē res ueras sed consequenter falsas q̄d ꝑfecto nil aliud ē q̄ naturalis ratio. Verū ut enucleatius id exprimamus iudex quippe phūs diceretur a quo res ipse decernūtur. Iudex item est & ipsa ratio p q̄ ueritas iudicatur quod instrumentū diximus esse. Ratio autē duplex est una quidē i cōprehensibilis atq̄ īmutabilis altera secundū reꝝ notitiā infallibilis: quarū prima deo quidē possibilis. sed hoibus minime. Altera uero quā & hoies aliequi possūt: et duplex est una circa intelligibilia. altera circa sensibilia: quaꝝ e prima scientia & scientifica ratio habetur: ex secunda uero quæ circa sensibilia uersatur & opinio est & opinatiua. Itaq̄ ea quidē pars quæ scientifica est stabilitatis quiddā firmitatisq̄ habet cū de solidis atq̄ firmis pricipiis fiat. At suasiua opinabilisq̄ circa uerisimile uersatur cū in se nihil ꝑmanentiū habeat principia igitur sciētiæ & opinionis quæ circa intelligibilia sensibiliaq̄ uersantur. sunt & intellectio: & sensus. Sensus ergo est passio aiæ p cor pus enūciatiua uirtutis principaliter passiue. quando aūt in aia per organa sensuū secundū sensum impræssio fit. quod quidem sensus est. deinde per multu tempus cum ipsa indelebilis fiat ac permanens & firma: firmitas ipsa mēoria nuncupatur. Opinio autem est complexio memoriæ & sensus. Nam cū aliquod primū sensibile incidim9 a quo sensus in nobis fiat: deinde si in idē sensibile incidam9: præsuppositā memoriā cōponimus huic sensui. secūdo accepto: & in ipsis dicimus: hic Socrates est: equus: ignis & cætera eiusmodi & hæc uocatur opinio: cū cōponamus præsuppositā memoriā ei sensui q nuper fiat quæ quidē cū inuicē consentiunt fit opinio uera cū uero dissētiūt. falsa. Siquis enim socratis memoriā hēret obuiāq̄ fieret Platoni: quē Socratem ob similitudinē putaret: hic quidē sensus a Platone acceptus tāq̄ a Socrate: si cū memoria socratis iungantur falsa fit opinio. Illud autem in quo memoria & sens9 fit Plato cereæ similat impressioni: quæ aūt ex sensu & memoria opinata sunt aia mente reformans in ipsa respicit tanq̄ in ea a quibus facta sunt rē huiuscemodi imaginē uocat. Plato: quoq̄ ēt phantasiā. Mente aūt esse inquit aium apud se ratiocinatē: orationē autē fluentē ab eo per os causatū sonitū. Intellectio aūt est actus intellectus ad primas intelligentias cōtēplandas quæ duplex esse uidetur. Vna anteq̄ aius hoc in corpore fieret cum ipse intelligentias cōtēplabatur. Altera postq̄ huic corpori aduenit et quaꝝ illa quidem quæ anteq̄ aia in corpore fieret intellectio uocabitur quæ uero i corpore fit & tum intellectio uocabitur nunc naturalis intelligentia dicta est quæ intellectio quædā est: in aia adiacens qn̄ igitur dicimus intellectionē principiū esse scientifice rationis non eam quæ nunc dicta est dicimus. sed quæ tunc qn̄ sine corpore aia erat quæ ut diximus: tunc quidem intellectio uocabatur nunc uero naturalis intelligentia. Vocatur autem ab ipso naturalis intelligentia scientia simplex & euolatus. aiæ inter eum etiam & memoriā: Itaq̄ ex his simplicibus scientia scientifica naturalisq̄ rō constituitur quę natura constat: iccirco cum sit scientifica ratio & opinatiua sitque intellectio & sensatio sint etiam quę iis subiiciātur necesse utputa quę intelligenda sunt atq̄ sentienda atq̄ intelligendoꝝ quędā prima consistunt ut ea quę appellantur Ideæ quędam uero secunda in materia sunt species a materia separata. Erit igitur duplex intellectio quędam primorum altera secundorum. Itemq̄ sensibilium quędam prima sunt ut qualitates color & albedo quedam secundum accidens: utputa album coloratum. Pręterea quod compactum est ut ignis & mel sic deniq̄ ille sensus primorum

est qui primus dictus est. Alter uero secundorum secudus: quæ igitur primæ haben tur intelligentiæ intellectus discernũt. Neq; id fit sine scientifica ratione. sed cõprehẽ sione quadã & sine discursu. Secunda scientifica ratio non est sine intellectione. Pri ma uero sensibilia & secũda sensus diiudicat non tamen sine ratione opinatiuã conge riem uero ratio opinatiua: neq; tũ sine sensu. Intelligibilis deniq; mundus primũ in telligibile est: sensibilis uero quid aggregatũ quẽ quidẽ intelligibilem mundũ intelle ctio iudicat. ratione scilicet q̃d est nõ sine ratione. Sensibilem uero ratio opinatiua. & id quidem non sine sensu. Cũ autẽ & speculatio sit & operatio nõ eodem modo recta ratio diiudicat. quæ subiiciuntur speculationi operationique. sed quod uerum est per spicit in speculãdo & q̃d econtrario se habet. In agẽdo uero q̃d familiare. q̃dq; alienũ pficiendũ sit. Nã cũ cognitionem habeamus naturalẽ boni honestiq; utamurq; ratio ne atque ad naturales cognitiones id referamus tanq̃ ad mensurã quãdã determinatã diiudicamus. siue sic hæc huiusmõi se habẽt: siue altero modo. Ars elementũque dia lecticæ. q̃ maxime excellit primũ in considerãda substãtia uniuscuiusque rei: deinde & accidentibus. Considerat aũt quid unũq̃dque sit: aut a superiori deuidendo ac defi niendo: aut ab inferiori resoluendo. Accidentia uero & quæ in substantiis sũt: aut ex rebus contentis p inductionẽ aut ex cõtinentibus p syllogismũ quasi catalogos esset. Dialecticæ ptes una q̃dem diuisiua est altera definitiua. altera resolutiua. Itemque in ductiua & syllogistica. Diuisio quidem est particio generis quæ fit in species: & toti9 in partes. ut quando aĩam diuidimus in partẽ rõnalẽ & passiuam. Itemque passiuam in irascibilẽ & concupiscibilem. atque diuisio uocis in significata. & quando unũ idẽ que nomen ad plures contrahitur res. Diuisio uero accidentium in subiecta. ut quan do dicimus bonoꝝ aut corporis aut aĩæ aut externoꝝ sunt quæ autem subiectoꝝ sũt in accidentia diuidũtur ut qñ dicimus q̃dã boni q̃dã mali quidam medii sunt: Ita que in primis necesse est diuisione generis in species uritur unũq̃dq; q̃d sit sc̃d͂m sub stantiã cognoscatur q̃d quidẽ sine definitione minime fieri põt. Oritur aũt defini tio ex diuisione ad hunc modũ illius rei: quæ definitioni est subiicienda primum eius genus capiendũ est ut hominis aĩal: deinde diuidendũ secundũ adhærentes differen tias quæ ad species usque descendant ut rationale & irrationale. ac mortale & immor tale quapropter si adherentes differentiæ generi componantur hominis definitio con stituitur. Resolutionis aũt species sunt tres siquidẽ: a sensibilib9 ad prima intelligi bilia est ascensus & per ꝓbabilia ad indemonstrabiles & imedietas ꝓpositiones & ẽ ascensus a suppositione ad principia quæ non subiiciuntur. Primus quidem talis est: ut si a bono quod est circa corpus transcendimus ad illud bonum quod in animo cõ sistit ab hoc uero ad id quod est studioꝝ. dei de ab hoc ad illud quod est legibus: po stremo ad illud quod est in legibus postremo ad illud plurimum pelagus boni deni que ita nos permittemus quousque id quod extremum est bonum inueniamus. Se cunda uero species resolutionis ad hunc modum fit. Id quod quæritur oportet sup poni ac speculari: quæ sint eius priora: & demonstrare: quæ sunt ascendentia priora a posterioribus quousque deuentum sit ad id: quod primum & firmum est a quo inci pientes modo compositiuo descendemus ut si quis quærat an immortalis animus sit supponens idipsum quærat an semper mobile sit per se mobile: quo etiam demõstra to perspiciat an per se mobile id principium sit motus deinde si principium an inge-

nitum. quod tanq̃ confitendum esse ponunt. ingenitum atq; incorruptibile cum sit: ab eo igitur: quod manifestū est incipiens compono hanc demonstrationē: principiū ingenitum: & incorruptibile est principium motus est per se mobile quod per se mouetur est aīa incorruptibilis igitur & ingenita atq; imortalis est aīa. Resolutio autem per suppositionē talis est: quærat aliquis quicq̃ idipsum supponit deinde ad suppositionem perspicit quid sequatur postea ad rationē reddendam. Si suppositiōe indiget aliam supponat suppositionē & quærat: an quod prius fuit suppositū rursus ad aliā sequitur suppositionem atq; id quousq; ad quoddam principium in suppositum: deueniat: faciat. Inductio autem est oīs methodus. quæ fit per orationem. uel a simili ī simile transiens uel a singularibus ad uniuersalia. Vtilissima autē inductio est ad naturales sensus commouendos. Orationis uero: quam ꝓpositionem uocam9 duæ sūt species. Vna affirmationis. Affirmatio quidem talis est. Socrates ambulat. Negatio uero: Socrates non ambulat: Negationis aut affirmationis quædā uniuersalis est: q̄dam particularis. Affirmatio particularis talis est. quædam uoluptas est bonū. Negatio uero quædam uoluptas non est bonum. Vniuersalium autem affirmatiua quidem oē turpe malū est. Negatiua uero nullum turpe bonū. Propositionū q̄dā cathegorice q̄dam hypothetice. Cathegorice simplices sūt ut oē iustū bonū est. Hypothetice autem sunt quæ sequentiam autem pugnantiā significant: Plato autem syllogismoꝝ tractatu utitur & arguendo: & demonstrando redarguendo quidē falsa per inquisitionem. Vera quoq; demonstrando per doctrinam quandam. Syllogismus aūt est oratio in qua quibusdam positis alterum quiddam iacentiū p ea quæ posita sūt ex necessitate ꝓuenit. Syllogismorum quidam cathegorici: quidam hypothetici: quidā ex his mixti sunt. Cathegorici quoꝝ premisse & conclusiones simplices sunt propositiones. Hypothetici qui ex hypotheticis propositionibus. Mixti uero q hæc duo cōprehendunt. Vtitur autem hic uir demonstratiuis in narratiuis. dialogis. opinatiuis uero & ad sophistas & adolescentes obiurgatiuis autem ad eos qui proprie obiurgatores dicti sunt ut ad Eutidemum fere. & Hippiam. Cathegoricarū tres figuras posuit: Primam in qua communis terminus & subiicitur & prædicatur. Alteram ī qua cōis terminus prædicatur de duob9. Tertiā in q̄ cōis terminus subiicitur ī utraq;. Terminos autē dico partes propositionū ut in hac homo est animal: homo & animal terminos nuncupamus. ac per primam figuram. Plato sæpenumero interrogat: suasque ducit per secundam & tertiam rationes per primam sic. in Alcibiade: quæ iusta honesta quæ honesta: bona. iusta igitur bona. Per secundam uero ut apud Permenidem: sic quod non habet partes neque rectum est neque obliquum. quod particeps ē figuræ aut rectum est: aut obliquum quod igitur non habet partes omnino expers ē figuræ. Per tertiam sic in eodem libro. Id quod particeps est figuræ: quale ē. quod particeps est figuræ terminatur quod igitur quale: terminatur. Per hypotheticos autem syllogismos in pluribus eius libris reperiemus interrogationes ab eo factas. præsertim in parmenide huiusmodi inuenimus sermones. Si unum non habet partes: neque initium: neque medium: neque finē habet. Si neque initium neque mediū neque finem habet: neque terminum habet: si non habet terminum: neque particeps figuræ est: si igitur unum non habet partes neque figuram habet. Per alteram uero hypotheticam figuram: quam plurimi tertiam uocant: ubi cōis terminus ambas se-

quitur extremitates sic interrogat. Si unum nõ habet partes. neq; rectum est neq; tortuosum: si particeps est figuræ: aut rectũ est aut obliquũ ergo si partẽ non habet neq; figuram habet per tertiam etiam figuram secundum quosdam uero secũdam in qua communis terminus subiicitur in utraque in Phedone sic. Cum potentia accipiam9 scientiam paritatis. & non obliuiscimur: scimus si uero obliti sumus reminiscitur.

Mixtarum autem recordamur probationum quidem ex consequentia sic. Si unũ totum est. & hocquidem terminatum principium medium & finem habens. id & figuræ non est expers quod autem præcedit igitur desinens est. Argumentorum uero q̃ sũt ex consequentia ad hunc modum differentias cõtẽplamur. Itaq; siquis diligẽter discernat: animæ potentias hominumque differentias: & orationum genera: quæ & illi animæ aptandæ sunt: ac persensit ante a quibus orationibus quisq̃ & a quolibet potest persuaderi ipse si ad usum accipiat aptam opportunitatem pfectus rhetor habendus est. atq; sua rethorica scientia benedicendi potest nuncupari. Disciplinam quoque sophismatum apud Platonem quidem in Euthydemo reperiremus scriptã: si diligenter in eo libro: quod ibi mandatum litteris est peruestigemus. quædam quidem sophismata habentur in uoce quædam uero habentur in rebus & horum deinde solutiones. Nempe decem quoque prædicamenta in permenide subiecit & in cæteris præsertim in Cratylo totus etimologiæ: locus expositus est miræ subtilitatis atque aptissimi ingenii fuit uir ipse ad negotium definiendi diuidendique: quæ res præsertĩ omnes dialecticas dilucidat uiris. quæ uero in Cratylo habentur hæc in summa sunt quæritur nanque illic utrum natura nomina sint. an positione placet autem sibi rectã nominum rationem esse positione non simpliciter tamen: nec casu quodam. sed ut positio ipsa: rerum naturam omnino consequatur. Nam neque aliud recta ratio nominis est: q̃ positio: naturæ rerum consona. Nulla enim quamuis positio nominis ad rectum aliquid exprimendum apta sufficiensque est neque natura ipsa primaque uocis expressio: sed quod ex utroque constituitur. ut sit cuiusque nominis secundum quod positum est aliquid proprium naturæ rei. Haud enim siquando nomina casu ponerẽtur. quicq̃ recti significarent: uelut si hoc nomen equus: homini poneremus: & enim ipsum dicere in rebus agendis. quædam denique actio est ut nequaq̃ is rectæ dicat: si quicquid ad buccam uenerit dicat: sed siquis ita loquatur: ut ipsæ res ex se sũt aptæ natæ. Cum autem pars dicendi sit nomina facere ut & pars orationis nomen est rectę & non rectæ nomina facere nequaquam casu quodam fiunt. sed potius secundum naturalem nominis proprietatem ad rem ipsam. At ille profecto foret optimus nominum inuentor qui per nomen naturam rei significandam daret. Si quidẽ nil aliud nomen est q̃ quoddam rei instrumentum: non ut casu contingit. sed quadam inuicem natura: cum per ipsum res doceamus inuicem percipiamusque eas. Nomen nanque est quasi magister quidam atque instrumentum per quod omnes rerum substantias distinguimus: ut textura subteminis: & cætera huiusmodi. apud dialecticos. id quidem principium est ut rectæ nominibus utantur ut enim apud textorem subtemen utendum est. cur uir ipse sciat: quid ad opus perficiendum sibi aptum: commodum que sit: & sic dialecticus nomine ab impositore posito: utitur secundum aptitudinẽ & modum quendam & enim ut a fabro lignario faciendus est clauus: sed a gubernatore bene utendus: ita & impositor nominis caute: atque diligenter sua utatur posi-

tione. Haud aliter q̃ si Dialecticus qui naturam subiectarum re℞ nõ ignorat præses esset. & de dialecticis quidẽ hactenus. Deinceps uero de speculatiuis dicendũ est disciplinis: quas i tres partes Plato diuisit. Theologicã. s. Physicã ac Mathematicã.

Theologicæ finis est prima℞ causa℞ principalium altissimarũq; cognitio: Naturalis autem est discere quid sit natura uniuersi. quale uel quod aĩal sit homo: & quẽ locum in mundo teneat: & an deo re℞ uniuersa℞ curæ sit cæterisq; diis qui sub eo suo ordine habentur quis etiam respectus hominum sit ad deos. Mathematicus uero planiciem triplicemque naturalem distantiam contemplatur & de motu circulaticemque quo pacto se habeant. Ponatur quoque & mathematica speculatio in capitulis. Plato hanc exercuit ad ingenium acuendum excitat enim animum ac diligentem perspicacemque reddit. Numerus aũt qui pars ẽ mathematicæ disciplinæ. haud parum habet proprietatis ad animum ducens ad cognitionẽ primi entis & substantiæ: atq; ad oẽm errorẽ fugandum & in sciẽtia ho℞ sensibilium. Ad exercenda quoq; bella ob mirum ordinem suum aptissimus est. Sed quid de geometria dicẽdũ q̃tũ ad cognitionem boni conferat: quis enim in negociis exercendis non utitur Geometria: quæ eum circa rem generatam aut corruptam non uersetur: semper ad id ascẽdit quod uere est. Est enim utilissima geometria ipsa cũ post secundũ augumentum consequens per sese speculatio tertium habet augumentum: utilis autem est tanq̃ disciplinarum quarta & ipsa astrologia cuius contemplatione astrorum rationẽ & totius cæli perspicimus ac nouimus noctis: & diei. mensium: & annorum fabricatorem: quib9 denique disciplinis imbuti quasi scalis quisdam quæ ad rectam ac propriam uiam tendant omnium rerum creatorem perquirimus. Musicæ quoq; operam dabimus ut ad illa eadem auditum alliciamus trahamusq;. Nã ut oculo℞ acies ad astronomiam: sic auditus ad numerum se habet sonorum. Atque astronomiæ uacantes a uisibilib9 ad inuisibilem illam intelligibileq; substantiam contemplandam ducimur. Ita & uocẽ auribus sonoram percipientes a rebus quæ auditu percipiuntur: ad ea: quæ mente cõtemplanda sunt eodem modo transimus. At si aliter ac dictum est: hisce utimur disciplinis: inutilis ac superuacanea: nulliusq; rationis digna nostra speculatio erit. Si q̃dem in primis opus est: ab hisce uisibilibus. audibilibusq; rebus ad ea transire: quæ sola animi cognitione decernũtur. Nam & ad disciplinarum perceptionẽ haud sec9 animaduertere debemus: q̃ ad eorum quæ sunt: speculationem qui enim cupiunt id asseq: quod est: & geometriam Arithmeticamq; dumtaxat sequuntur circa illud quod est somniant: ac præter illud minime perspicere quicq̃ possunt: principio℞ omnium & quæ ex principiis componuntur ignari uerũtamẽ ut prædiximus utilissime sunt: unde Plato: non scientias: sed disciplinas eas uocauit dialectica tamẽ disciplina a geometricis suppositionibus ad prima: & principalia & insupposita: ostendere apta est: quã obrem. Dialecticam quidem scientiam nuncupauit. disciplinas uero: nõ opinionem: cum clariores sensibilibus sint neque scientias: cum intelligibilibus sint obscuriores. sed opinionem corporum esse sciẽtiam primorum intelligentiam disciplina℞ inquit. Ponit autem & fidem & coniecturam fidem esse sensibilium coniecturã imaginum & specierum. Cum autem dialectica omnium disciplinarum fortissima sit & quasi erga firma: diu naquæ uersetur iccirco omnibus disciplinis superior constituit tanquam arx quædam sit: & conseruatio reliquarum præterea cõsequenter de princi-

piis ac theologicis speculationibus dicendum. Ordiemur nanque a primis supræmissisq́; a quibus descendentes, dicemus de mundi primum deinde hoīum generatione atq; natura. Materiam Plato impressum quoddā ac uniuersū receptaculū nutricēq; nominat: matrem regionem subiectū: atq; palpabile quiddam cū insensibilitate atq; uero legitima cogitatione susceptiuum. Talē autem habere proprietatem ut omnē recipiat generationē rationem nutricis retinens: & eas ferendo: & recipiēdo omnes species: deformis per se est. & sine ulla specie: & qualitate contrita uero: ac taliter impressa ut ab his figurata formataq; nullā propriā figuram aut qualitatem habeat. nā nihil ad uarias impressiones formasq; benæ atque apte paratum esse potest, nisi qualitatū specierūque sit expers quas ipsum receptum est. Videmus aūt qui ex oleo unguēta conficiunt odorabilia: eo ipso fœtido uti. quique ex cera aut luto imagines formāt molles in primis eiusmodi materias: ac pro uiribus infiguratas reddunt. Cōuenit autem oīno susceptibili materiæ. si uarias formas sit susceptura: nulli eorum subesset naturæ. sed nulla sine qualitate ad species suscipiendas ac sine specie esse. Verūtamen cū talis sit: neque res corporea est: neque incorporea: ut es potentia statuam esse dicim9 quia suscepta forma iam statua confecta est. sed principalem rationem materia recipit. Rursus & alia principia amplexus est: quod est. s. idearū & patris & causæ omniū dei. Vniuersaliter autē quicquid fit: secundum intentionē ad aliquid fieri debet tanq̄ si a quodam quicquid fieret: ut a me imago mea ut exemplar ꝓponatur necesse est. Alioquin extra exemplar unusquisque artificum esset qui in se prorsus exemplar continet: cuius formam materiæ apponit. Finiunt autem ideam exemplar externum eorum quæ sunt secundum naturam. Neque Platoni placet pluribus artificum esse ideas utputa scuti aut Lyræ. Neque eorum quæ sunt præter naturam: utputa febris & bilis. neque singularium ut Socratis & Platonis neque minutissimarum rerum ut situs & festuce. neque ad aliquid: ut maioris excellentis. Sunt enim ideæ intelligentiæ æterni dei & res perfectæ: quod autem sint Ideæ sic probari potest. Siue enim deus sit mēs siue intelligentia quædam sunt intellectiones. & hæ quidem æternæ atque immutabiles. Sint autem hoc ē sunt ideæ: etenim si materia secūdum suam rationem sine mensura est. ab altero quodam & immateriali suas mensuras assequi debet. quod quidem præcedit excellitque deficit ergo ipsa. Si autem hoc est sunt ideæ. mensuræ quædam immateriales existentes: Item si mundus non est talis ex casu. non solum ex quodam factus est. sed etiam a quodam: nec solum hoc. sed ad quiddam. Id uero ad quod factū est. qd nā aliud ē. q̄ idea quare sūt igitur ideæ. Verūtū & si ītellectus a uera opiniōe differt. & ītelligibile differt ab opīabili: qđq dē si ē. & ītelligibilia aliēa sūt ab opinabilib9. Iccirco & pria ītelligibilia sūt sicut & prima sēsibilia si āt hoc sunt igitur ideę Itaq; si ītellect9 a uera opiniōe differt: igitur sūt ideę deīceps āt đ tertio pricipio sermo facied9 ē qđ Plato putat min9 oportere neq; de eo dicēdū. Narrem9 tū de ipso scđm hūc modū si āt hæc ītelligibilia. nec sensibilia sūt: nec pticipātia sēsibiliū: sed priorū quorūdā ītelligibiliū sūt pria intelligibilia simplicia sicut & pria sensibilia præcedēs āt est igitur & sequēs hoies qppe tanq̄ passione sens9 affecti repletiq; ut præeligerēt intelligere ītelligibile hēret sensibile in phātasia & magnitudinis sup ītelligūt & figurā ītelligibilia pure nō ītelligūt dii āt remotę a senbilib9 pure & īmixte quoniā aīa: intellect9 melior ē ītellectu uero q̄ ī potētia ē is q scđm actū oīa intelligit & simul & sp hoc autem melior est qui est eius causa ille scilicet qui sublimior his extat. Is est enim

deus prima causa: quæ semper intellectu agit: cum toto cælo agit tamē ī illud ipse im mobilis manens: ut sol oculorum aciē: si quando quisquā in eū intueatur. Utque appetibile mouet appetitū. immobile permanens ita & ipse intellectus una cum toto cælo mouet ītellectū. Cū aūt primus intellectus optimus sit opus est enim: ut illi optimo intellectus subiiciatur: eum nihil melius ipso sit. Seipsum igitur suaque ītelligibilia ītelligit semp. & ipse eius actus habetur idea. At uero prim9 deus ęternus est: ieffabilis: p se perfectus id est semp perfectus omni mō perfectus id ē ex oī tpe perfectus: diuinitas substātialitas ueritas cōmēsuratio. bonū haud quāq̄ tāquā diuidēs hæc dixi sed tāquā secūdū oia uni9 rei ītellecte. & bonū qd ē q oia in sua potentia operat uniuersi boni existēs cā honestū cū & naturæ ipse sit complementū & mensura ueritas qa uniuersæ ueritatis ipsæ principiū est. sicut est sol toti9 luminis pater āt est cum omnium causa sit cūque cæleste ornet intellectum aīamque mundi. & apud semetipsum & apud eius intellectiones. Nā secundū eius uolūtatē oīa replet animā ipsius mūdi excitās & in ipsum reflectitur intellectus. cum sit eius causa: qui a patre ornatus hoc in mundo uniuersam simul naturā ornat. Ineffabilis āt est. ac solo intellectu comprehensibilis. ut prędiximus quoniā neque genus est neque differentia. At uero nihil penit9 sibi accidit nō malū haud enim dictu fas est. nō bonum secundū participationē enim cuiusdā rei ipse & maxime bonitatis est. neque differentia. non enim id est secundū sententiam, neque quale. haud. n. qualificatū est neque effectū ē a q̄litate. neque enim sine q̄litate cum nō priuetur essentia qualitatis. cū ipsum eē aduēiat ipsi qualitati. neque pars alicuius ē neque ut totū habēs quasdā partes. neque ut idē cū aliquo est aut alterum nihil denique sibi accidit secundū q pōt ab aliis separi. neque mouet neque mouetur. Erit igitur prima eius intellectio secūdū hoc semotionē ut & signū intelleximus secundū remotionē a sensibili superficiem primum intelligētes ide lineā postremo pūctum. Secunda āt intellectio ei9 est secundū analogiā ut habet sol quodammodo ppriā rōnem ad aspectū & ad ea quæ uidentur cum ipse aspect9 nō sit. sed qbusdā uisū præbet qbusdā ut uideantur eandē habet intellectus rationē & ad eam quæ est in anima intellectionem & ad ea quæ intelliguntur: qppe cum nō sit intellectio. ei præbet ad intelligendū atque intelligibilibus ut intelligāt illā quæ in seipsa est illuminās ueritatem. Tertia uero intellectio huiuscemodi est prospiciens enī quidā honestū qd in corporib9 est. deinde trāscendat ad eius decorē. tum qd in studiis ē & legibus. postea ad plurimum pelagus honesti post qd intelligit ipsum bonum & rem amandā & desiderandā quasi lumē quoddā apparēs atque irradiās & sic allectā atque tractam sursū animā eo autē bono deum simul ītuetur propter honoris excellētiā & sine magnitudine primum quoddā eius pars enim & id de quo prius est. huius cuius pars etenim superficies prius est quā corp9 & linea pri9 quā superficies. quippe qui partes non habet īmobilis ē secundum locum & alterationē. Nā si alteratur uel a se uel ab altero. Si ab altero illud erit eo forti9. Si n autē a se uel idē teri9 alterabitur uel ī meli9 utrūque denique absurdū. Ex qbus oīb9 inducitur ipsum īcorporeū eē qd ex his quoque demonstrabitur. Si enim deus corpus est ex materia & forma utique esset: cum omne corpus ex binario quodam sit ex materia scilicet & ea quæ cum ipsa est forma quæ quidem ideis similis est & earum particeps. Nefandum autem atque absurdum profecto est. deum ex materia esse & forma cum neque simplex esset: neque principalis.

quapropter īcorporeus erit deus. Si corpus is esset ex aliqua foret materia. aut ignis denique esset: aut aqua. aut terra: aut aer: aut qddā ex his: At & hoꝝ unūquodq;: haud principale est. Pręterea si ex materia esset posterius materia foret: quibus inconuenientibus datis: concedendum est: ipsum incorporeū esse. Nāq; si corpus ē genit9 erit & corruptibilis: atq; trāsmutabilis. quæ omnia in eo absurda sunt. Etenim qualitates ad hūc modū in corpe esse demonstratur. Omne corpus subiectum est: qualitas aūt nō est subiectum sed accidens: non igitur corpus qualitas ē. Itē qualitas qualitati cōtrarium sed corp9 corpi minime: corp9 quoque a corpore inquantū corpus: nihil differt: q̄litati aūt differt minime corpe. Non igitur qualitates sunt corpora. Optime dictum est q̄ materia dicta est sine qualitate. qualitatē īmaterialē eē: si aūt qualitas īmaterialis īcorporea utique qualitas ē. At si qualitates corporea sunt duo tria que corpora eodem in loco erunt quod quidē absurdissimū est. Si igitur qualitates in corpore sunt. & eorum creator incorporeus est. Itē qualificantia nequaq̄ alia sūt: quā īcorpea. Nā corpa passibilia fluxaque sunt. & nō sp̄ secundū eadē & eodē mō se habētia neque manētia neque firma quę qdē in qbus uidentur: qddā agere multo cū aditamento īueniuntur patientia. Itaque quemadmodum quiddam est passibile simpliciter ita adhuc dandum ē simpliciter agens quod ꝑfecto nō aliud quā incorporeū īuenimus. Hæc de theologicis pricipiis dicta sint. Et deinceps ad naturalē locum trāseamus principium hinc sumētes. Cum. n. sensibilium secundum naturam: singulariumque oportet eē ideas. Exēplaria quædā determinata: quoꝝ & scientiæ fiant. & definitiones. Nā præter oēs homines intelligere quendam hominē opus ē & præter oēs equos equum: & præter animalia animal ingenitum: atque incorruptum: & quē admodum ex uno sigillo complures fiunt impræssiones: sic ex uno homine miles milia imaginum quarum Idea causa est principium quoque essendi uniuscuiusque taliū ut ipsa est apparatus quidā necessarius & maxime decorus: ut cum mundus ab illo fabricatore: deo factus ē in quādā ideā mundi ꝑspexit: quæ mundi exēplar ē ac si sculptus ab ea sit: cui assimulatus ē q denique deus secundū mirabilissimā ꝓuidentiā suā & iudicium: suaque bonitate. uenit ad mundum pficiendum. Ex tota igitur materia cōfecit ipsum: quę inordiate: deformiterque mouebatur ante cæli generationē ex sua ordinatione eā recipiēs ad optimum īduxit ordinē. Cōdecentib9 numeris atque figuris eius partes formauit ut discerni dilucide possit quo mō nūc se habeāt ignis & terra ad aerē & aquā: uestigia qdem nup habētia ac receptaculū uirtutis elementoꝝ quæ antea sine mensura rōeque & materiā mouebāt & ab ea ipsa mouebātur. Ex quolibet n. toto q̄ttuor elemētoꝝ generauit: & ex igne toto & terra & aqua & aere nullam partem cuiusuis neque potētiā prætermittens intellexit: primum qdem id quod efficitur oportere corpeū esse ac oīo palpabile uisibileq; sine igne autem & terra nō pōt aliqd uisibile esse aut palpabile. Itaque secundum conuenientem rationem ex terra igneque illum fecit. Cæterum quia aliquo egebant uinculo ad regimen amborum ut manerēt diuinum illud analogiæ uinculum in medio posuit quo ligarentur & seruarentur.

Planus quidem non fuit mundus nam illi una medietas defuisset: sed sphęricus cū ad ordinem complendum duarum medietatum indigeret. Iccirco in medio ignis & terræ aer constitutus est & aqua secundum analogiæ modum: ut sicut se habet ignis ad aerē: ita se heāt & aer ad aquā: & aqua ad terrā: & ecōuerso. Nihil uero foris

reliquit & unigenitum mundũ fecit & secũdum numerum uni ideæ assimilatum. preterea neque ægrotantem eum fecit neque senescentem neque ita: ut aliquid accidere illi posset. quod intentũ ꝓpositũq; auferret ex oĩ parte sufficientẽ. ac nihilo extrisecus omnino egentem ei circumposuit figuram pulcherrimam capacissimaq; figurarum ad motum que aptissimam. Cumque neque uisus indigeret neque auditus neque alius prorsus huiusmodi alicuius non illi præbuit administrationem talia instrumẽta. Pretermissis autem cæteris motibus solum ei tradidit circularem qui proprius est intellectus. & prudentiæ. Duo autem sunt ex quibus constitutus est mundus corpus scilicet & anima. quorum primum uisibile corruptibileque est. Alterum inuisibile & impalpabile: quorumque potentia constitutioque ad alterutrum & iter se magnopere differunt. Corpus nãque eius ex igne terra aqua & aere factum est. Hæc enim quattuor opifex ipse mundi accipiens nondum ordinem habentia elementorum pyramide. cubo octangula figura atque uiginti angula figurauit: ac in omnibus duodecim angula. At secundum quod materia pyramidis accepit figuram. Ignis effectus est figura maxime diuisibilis cum sit angulisque paucioribus constituta ac rarissima secundum autem ꝙ figuram octangulam accepit qualitatem aeris sumpsit. secundũ uero ꝙ figuram uiginti angulam sumpsit qualitatem aquæ habuit. Cubi uero figurã terræ tradidit cum solidissima stabilissimaq; sit. Figuram autem duodecim angulã: ad uniuersum accomodauit. Harum autem principalior omnium natura planorum est quæ plana autem sunt solida præcedunt. Plane uero nature tamquam duo progenitores duo sunt trianguli: qui optimi sunt orthogonii. Scalenus & isosceles. Scalenus unum quidem angulũ habet rectum. Alterum uero angulum duplum. ad tertiũ suũ ãgulũ q igit̃ Scalenꝰ triãgulꝰ pyrrãidis & octaedri & icosideri elemẽtũ fit. pyrrãidẽ qdẽ ex q̃ttuor æqlateribꝰ triãgulis cõstituẽte i sex triãgulos scalẽos q̃ dicta sunt uno quoque diuiso. Octaedro ãt ex octo similiter diuisorum unumquodq; i sex scalenos. Icosidero autem ex uiginti. Alter autem scilicet Isosceles cum conueniunt quadrangulũ constituunt ex quibus sex quadrangulus cubus constituitur. Dodecaedro uero ad uniuersum deus usus ẽ quoniã & in cælo duodecim signa speculamur in Zodiaco circulo quorũ singula in partes triginta diuidũtur. Eodẽ mõ in dodecaedro ex qnquangulis duodecim existẽte diuisis in qnq; triangulos ut singulũ ex sexangulis sit constitutum. In toto dodecaedro trecenti quadraginta inueniũtur triãguli. & tot i zodiaco existũt partes qbꝰ igitur adeo iformata materia primũ qdẽ suis uestigiis iordinate mouebatur deĩde diuinis parẽtia præceptis iuicẽ oĩa aptata sũt analogia. Nõ manẽt ãt hęc discreta secundũ locũ sine intermissiõe ãt & terrę & materię motũ prębẽt quoniã mũdi circũfluxu cõpellũtur atq; cõcretis iuicẽ quæ tenuissima remanẽt ferũtur i ampliorẽ locũ qua qdẽ igitur de causa nullũ uacuũ relictũ ẽ qd corpore desertũ sit. Discordia ãt q̃ adhuc ꝑmanet tonitruũ cãt. Ab his. n. rebꝰ materia mouetur & hæres ab illa. Corpa qdẽ ꝑ potẽtias q̃ i aĩo sũt eiꝰ doctrinã cõficiũt nã cũ eorũ quę sunt unum quodque animus noster iudicet omnium rerum sibi constituit principia. Ita q; semper unumquodq; accidentiũ secũdũ affinitatẽ quãdã ac ꝓpinqtatẽ speculantes cõcordiã operibꝰ est substantiã eius substituamus. Cũ igitur itelligat qdã eẽ itellectualẽ substantiã indiuisibileq; atq; aliã circa corpora diuisibilẽ subiecit esse dẽs: ꝙ utraq; substãtia põt adhærere itellectui. Respiciẽs ãt & similitudinẽ & diuersi

tatem: quæ sunt in rebus intelligẽdis ex omnibus his collectis cõformauit animũ: Aut enim simile simili cognoscitur ut pythagoricis placet. Aut dissimile dissimili: ut Heraclito physico. Cũ uero dicat genitũ esse mundũ: non sic illud audiendum ẽ: ut aliquando tempus fuerit quo non esset mundus. sed quia semper in generatiõe: ac eius substantiæ principalẽ ostendit quandam esse causam atque animam quidem mũdi quæ semper est nequaquã deus facit: sed perornat eamq; excitat. & ad se cõuertit & suum intellectum. A c ex profunda quasi quadam ebrietate aut somno: ut ad eius intelligibilia prospiciens respiciat species & formas eius intelligibilia concupiscat itaq; dilucidũ est quod mundus animal sit & intelligibile quippe cum summus ille artifex deus eum optimum facere uellet. consequenter animatum atque intellectualem ipsũ fecit nam quod animatum est melius est non animato totum melius non toto & intellectuale non intellectuali cum intellectus fortasse sine anima nequeat subsistere. Anima uero extensa cum sit a medio ad extremitates usque contingit ipsam corpus mundi circum circa ubique continere implereque ut in toto mundo ipsa extendatur colligatq; eum atque contineat & quę extrinseca sunt in inferioribus coartentur: nam q̃ extra sunt: abscissa manserũt quæ uero intus in septem circulos diuisa sunt ab initio distributa secundum dupla ac tripla interualla quæ quidem circunducitur: & ipsa imobili sphærę proxima est. quæ uero mouetur altero mouetur. Motus enim cęliq; omnia continet nullo errore uagatur. sed unus est & ordinatus. Qui uero interiorum uarius est. & a primo alienus est ortu & occasu quã de causa & error quidam uocatur

